

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Edward Brerewood

**Edoardi Brerewodi, Angli, Astronomiae in Collegio Greshamensi Londini olim
Professoris, Scrutinium Religionum**

Francofurti ad Moenum: Goetzius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768581877>

Druck Freier  Zugang



Theol. 96 1-4.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn768581877/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn768581877/phys_0004)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn768581877/phys_0005](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768581877/phys_0005)

DFG

~~VII. 3023~~

EDOARDI
BREREWODI,
ANGLI, ASTRONOMIÆ
in Collegio Greshamensi
Londini olim Pro-
fessoris,
SCRVTINIVM
RELIGIONVM.



FRANCOFVRTI
ad Mœnum.
Apud
THOMAM MATTIAM GOTZIVM,
M DC L.

ILLVSTRI VIRO,

Dn.

IOANNI
SCHLICHTING DE
BVKOWIEC,

Terræ Iochovvensis Regio Indici, &
Comitatus Lesnensis Ad-
ministratori, &c.

DOMINO, FAVTORI, ET
AMICO SVO

offert

Interpres.



S C R V T I N I I
R E L I G I O N V M

C A P V T . I.

De partibus Orbis quas Christiani incolunt.

Dota Europa posside-
tur à Christianis, ex-
tremos versus ortum
& Septentrionum an-
gulos , si exceperis.

Exiguus ille Muhamedanorum, *Miechoꝝ. de*
qui in quibusdam pagis circa Vil. *Sarmat. l. 2.*
nam in Lithuania habitant, nume-*c. 3. Bohemus*
rus ut & dispersæ Idololatrarum in *de Morib.*
illa provincia & Samogitia reli-*gent. l 3. c. 7.*
quia, non sunt tanti, vt in ratio-*Bot. Relat.*
p. 3. l. 1.

A z nem

SCRVTINIVM

4

Zigl.r.in
Schonlan-
dia.

nem veniant. Versus Septentrio-
nem tamen Lappia , Scrikfinia,
Biarmia, Corelia, Septentrionales
Finmarchiæ partes , quæ omnia
nomine eiusdem veniunt , & non-
genta millaria Anglicana in cir-
citu continent, ab Idololatris in-
coluntur. Regiones versus ortum
inter Tanaim & Borysthenem si-
tæ , & quæ secundum longitudinē
Mæotidis paludis, & ponti Euxini
currunt, (vera hæc veterum Go-
thor.patria) quæque amplitudine
& populorum frequentia, illas de-
quibus dicimus, duplo ferè supe-
rant, à Tartaris Crimæis seu Præ-
copitis, qui Muhamedisimum am-
plexi sunt, inhabitantur , paucis
Christianis exceptis, qui in Tau-
Miechov. de rica supersunt. In dominiis quæ
Sarmat. l. 2. Turcæ in Europa subsunt, quæque
c. 5. peninsulari figura inter Danubiū
Munster. & mare porrigitur, & ccxxx. mil-
Cosmogr. l. liaria in ambitu (Moldaviam,
4. c. 37. Tran-

RELIGIONVM.

Transylvaniam, Valachiam inter partes Dominii non repono) habent, à Buda nempe quæ ad Danubii littora , & Ragusa , quæ ad mare Orientem versus iacet, ad ultimos usque Europæ limites, ut & in insulis Ægæi maris, Christiani Muhamedanis miscentur. Quæ omnia dominia, et si tantum in circuitu habeant: vix tamen ducta per latitudinem linea, Hispaniam superant, continente circumfere*ntiæ* minimè respondente: tum quod in acutos angulos versus Septentrionem & Meridiem, in Hungaria & Moræa seu Peloponeso exeat: tum quod in plurimis Græciæ locis mari nimium interluantur. Talis tamen est Christianorum cum Muhamedanis, in istis oris misflura, ut Christiani duas *i. 1. Boter. Re-*
tertias constituant. Turca quippe *lat. p. 2. l. 4.*
pacto tributo contentus, (*quarta Georgevitz.*
de afflict.
id proventuum, & Saltanus pro *Chriß. sub*

A 3. quoli-

6 SCRVTINIVM

Turca c. de quolibet capite) modo Muham-
Tributis. danæ sectæ non contradicatur, li-
bertatem religionis permittit: Ideo vel in ipso Græcia, quæ variis o-
lim discordiis agitata, prima iugū
Turicum subiit, Constantinopo-
^{2.} *Chitreaus h̄i, vel hodie, Christiani viginti 2.*
de statu Ec- templa, Theffalonicæ supra trinig-
cles. *ta habent, cum Muhamedani tria*
Gerlach. in duntaxat possideant: Theffaloni-
Epist. ad censiverò Metropolitæ, decem in
Crus. provincia Suffraganei, Philippensi
centum & quinquaginta Ecclesias,
Atheniensi totidem, Corin-
thio centum, cum aliquot suffra-
ganeis, subsint.

In Africa, quicquid Christianismus idololatriæ olim ademerat, id nunc Christianismo Muhamedismus abstulit; in tantum, ut non modo Septentrionalis illa Africæ pars, quam mare mediterraneum lambit, inter id & montem Atlan-
 gem, ab Hispania ad Ægyptum, ubi

RELIGIONVM. - 7

ubi olim Christianismus ita florebat, ut Synodos 3. à cc. Episcopis 3. Concil. celebratas, trecentos 4. Catholi- Carth. 4. cos Episcopos à Genserico Van- 5. 6. dalor. Rege expulsos legamus ; & 4. Mart. Polon. A. in provincia 5. Zengitana, in qua 475. olim centum sexaginta Episcopi 5. Vict. l. 1. des. sub uno Metropolita fuere, Chri- persecut. stianis sit vacua ; paucis urbibus Vandal. Regi Hispaniarum subiectis (ex quibus Septa & Tanger Episcopales sedes sunt) exceptis : sed etiam in vastissimo illo continente , qui tripli Europa maiore est , nulla re- gion , si ab Abyssina discesseris , in totum à Christianis possideatur : nec in ulla , quod magis dolendū præterquam Ægypto , Mahume- danis ; 6. Congo & Angola , quæ 6. Pigafetta regna Anno MCCCCXCI. reli- ta de Congo gionem Christianam recepero , I. l. 2. c. 2. dololatris , permisisti habitent : reli- quem quicquid est , à Paganis vel Muhamedanis incolitur. Quibus,

A 4. si pau-

8 SCRVTINIVM

si pauca quæ adduximus in Africa
loca , si eto Gibraltar seu Hercu-
leo vicina , quæ Reges Lusitanæ
& Castiliæ Mauris ademere , cum
paucis hinc inde sparsis munimé-
tis , à Lusitanis in ora maritimæ
Africæ erectis , (undecim inter
Hispaniam & Indiam numeran-
tur) adiecerō , nescio , an ullum
amplius in Africa locū , ubi Chri-
stiani habitent , inventurus sim .
Sane vastissima Nubiæ regio , quæ
à temporibus Apostolorum reli-
gionem Christianā recepisse cre-
ditur , nunc partim à Paganismo ,
partim ab Islamismo seu Muhame-
dismo absorpta est . Causa tantæ a-
postasiaz , verbi divini famæ , &
Ministrorum defectus est . Cum
sacerdotes à Rege Abyssino circa
illud tempus quo Alvarezius in
Æthiopia vixit , per legatum , ad
restaurandum Christianismum pe-
terent , repulsam passi sunt . Sed
nec

*Alvarez.
Hiß. AE-
thiop. c. 137.*

RELIGIONVM.

9

nec in Ægypto populosissima aliâs
 regione ultra 7. LM. Christiano-
 norum numerus ascendit : nec in *lat p. i. l. 3.*
7. Boter. Re-
Abyssino regno tam numerosi, ut *Thom. à*
quidam existimant reperiuntur. *Iesu de Con-*
Nam versus Septentrionem & Oc- *vers. gent. l.*
cidentem gentiles, versus Ortum
Muhamedanos sibi permisitos ha-
bent: nec tam amplum est illud re-
gnum, ut quidam prodidere. E-
quidem non possum assentiri illis,
qui ei DCLXII. leucas in circum-
ferentia assignant, quamvis illæ
Hispanicæ essent: sic enim Ger-
maniam duntaxat amplitudine su-
peraret. Sed nec illorum approbo-
sententiam, qui vel Turcicum &
Tartaricum imperium magnitu-
dine excedere 8. opinantur: vel idē *8. Horat.*
utroque Tropico, à rubro mari ad *Malguz, nel.*
Oceanum Occidentalem inclu-
dunt. Nam, ut aliquid de limiti- *discorso de*
bus huius regni dicamus, si Orien- *glicinque*
tem spectamus, rubrum mare, nec *massimi Si-*
gnori.

A 5. intra:

10 SCRVTINIVM

intra fretum Babel Mandel, nec extra attingere, certum est. Quippe intra fretum, secundum longitudinem sinus Arabici, continuus est montium tractus, quos Mauri inter sinum & Abyssinam inhabitant. Et unicus duntaxat in illa sinus ora portus est, nomine Ercoleo, qui Abyssini imperium agnoscit: Extra verò nullibi Oceanum attingit; cum ora illa ad Mozambique usque ad Arabibus inhabitetur. Occidentem si attendas, apud nullum alicuius momenti auctorem invenio, (mappæ Geographicæ quod volunt somhiant) qui Abyssinum regnum ultra Nilum porrigi diceret. Occidentale enim Nili littus, à fluvio Zaire ad confinia Nubiæ, ab Anzichis, Idololatris & Anthropophagis, qui proprio Principi parent, possidetur. Quantum ad Septentriōnem, nec secundum Nili littora, ultra

RELIGIONVM.

ii

ultra Meroës insulæ , cuius incola sunt Muhamedani, capitales Abyssinorum hostes , meridionale punctum se extendit : nec secundum mare ultra portum Suachen. Meridiem versus tendentes limites non ita benè explorati sunt: Circulum tamen capricorni non attingere , vel exinde patet, quod inter eum & Aethiopiam , regna maxima Moenhemage & Benomotasia sita sint: imo omnibus itinerariis diligentissimè excussis, ultra sextum aut septimum gradum paralleli meridionalis non protendi , ibique regno Moenhemage confine esse iudico. Tantum itaque occupare terræ credo, quantum Germania, Gallia, Hispania & Italia occupant. Terræ inquam. Nam intempories climatis , & sterilitas soli , unde torridas Africæ partes Piso apud Strabonem par dali similes fecit , habitationibus

Strabo Geog.
gr. l. 2.

A 6 inter-

12 SCRVTINIVM

interpunctas, quas Ægyptii Anas vocant, tam populosum & frequens esse non sinunt. Quam proximè etiam ad veritatem PigaffetPigaffetta
descr. Con-
go l.z.c. 10. tam accedere puto, qui ei IVM. millaria in circumferentia, MD. nempe in longitudine, DC. in latitudine adscribit, & à Septentrione & Oriente à Mahumadanis ab occidente verò & meridie, à gentilibus cingi adiicit. Et hic est Christianorum in continenti Africæ status. Quantum ad Insulas occidentali Africæ oræ obiacentes, Maderam nempe, Canarias, Capitis viridis, S. Thomæ, & alias exiguas, eæ Lusitanorum & Castilianorum opera Christianismum recepero. Versus Orientem, nullam insulam invenies in qua Christiani habitent, excepta Socotra.

Haud melior est Christianorum in Asia conditio. Nam si Imperiū Russicum, cuius bona pars inter Pecho-

RELIGIONVM.

13:

Pechorā & Obij fluvios, nec non
Permia, idololatrica est, regiones.
Circassiæ & Mengreliæ, quæ Mæo-
tidi paludi & Ponto Euxino à Ta-
nai versus ortum ad Phasin flu-
vium adiacent, Georgia, & mons.
Libanus excipiantur, nulla est in
tota Asia regio, in qua soli Chri-
stiani habitarent: ubique Paganis
aut Mahumetanis miscentur. Quā-
vis verò Vitriacus vir quorundam
in Oriente locorum gnarissimus,
tempore Christiani in Palæstina:
regni, Aconensis Episcopus, Chri-
stianos in Orientalibus Aficæ par-
tibus vicisse tūm numero Græcas
& Latinas Ecclesias scribat: dubi-
tari tamen non debet, ipsius iam
tempore (scripsit autem ante cccc.
& ultra annos) iis in locis Chri-
stianismum declinare cœpisse; &
ab eo tempore, partim per inun-
dationem Tartarorum, qui idolo-
latriæ addicti erant, partim per

Vitriac.
Hist. Orient.:
c. 77.

A 7 Muha-

14 SCRVTINIVM

Muhamedisni propagationem, ingentem passum esse Ecclipsin. Erat quidem tempus, cum regnante Iohanne Presbytero Rege Tenduc Christiano. & Nestoriano Principe, Christianorum maxima pars in illo & aliis eius subiectis provinciis esset: verum eo à Chingis Can Anno MCLX. victo, multū ipsorum numerus decrevit: sic ut

2. M. Paulus 2. M. Paulus Venetus, qui quinquaginta annis post Vitriacum vixit, & septem decem annos in

Tartaria exegit, in isto regno Tenduc, cuius propriè Iohannes Presbyter, ut ab antiquis Historicis vocatur, Rex erat (perperam iste titulus, Abyssinor. Regi tribuitur) incolas suo tempore maximam partem Christianos fuisse, reliquos, id est olatas aut Muhamedanos scribat, in reliquis regnis, nempe, 3. Tanguth. Chinchintales, Succuir, Caraiam, Cafar, Carracham,

3. Vitriac.

Hist. c. 78.

Paulus ve-

net. l. 1. & 2.

cham, Erguimuli, Egrigaia, Cer-
guth, nullam ipsorum mentionem
faciat. Duas tantummodo urbes
excipit, Cingiangifu nempe in
Mangi, seu China, & Quinsay, to-
tius orbis maximam, in qua uni-
cum Christiani templum habebat.
In meridionalibus Asiae partibus,
iis in primis, in quib⁹ religio Chri-
stiana profundas egerat radices,
ut, Natolia, Syria, Palæstina, Chal-
dæa, Assyria, Mesopotamia, Arme-
nia, Media, Persia, Septentriona-
libus Arabiæ & Australibus Indiæ
partibus inveniuntur qui dē Chri-
stiani: sed in Natolia, Armenia,
Syria, Mesopotamia, Mahumeta-
nis; in India, non procul promon-
torio Comorin, in regno Contan,
Crangenor, & Coromandel ido-
lolatris permisti, & quidem ita, ut
multūm numero à Mahumetanis
& idololatris superentur, quamvis
in India, ex quo Goæ Archiepi-
scopa-

scopatus erectus est, multum Christianorum numerus quibus dā locis increverit. De Insulis Asiaticis non est quod multū gloriemur. In triginta, ex xi. millib. Philippinas, introductam à Castilianis esse Ar-muzium, in sinu Persico, & Zeilan à Lusitanis, scio; sed introductam duntaxat. In Iaponia tam felices.
4. Plat. de lono stat. re-lig. l. 2. c. 30. fecisse progressus, ut 4. CCM. Christianor. numeret, ex relatio-nibus habemus.

In America quatuor sunt in pri-mis regiones quas Hispani possi-dent, Nova Hispania, Castilia au-reæ, seu Novum regnum, & pars Brasiliæ, quæ simul sumptæ Euro-pam facile exæquare possunt. In his, ut & in insulis, Hispaniolam, Cubam, Iamaicam, & Puerto-Rico, intelligo, tantos religio Chri-stiana progressus fecit, ut quidam, numerum professorum Latinæ in Europa Ecclesiæ exæquare cre-dide.

diderit, alter † intra paucos ex quo † *Amand.*
 Evangelium terras illas ingressum *Ziric. in*
 est annos, septem milliones, seu, ut *Chron. A.*
 alii prodidere, quatuordecem, *1519.*
 Christo nomina in baptismo de-
 disse, reliquerit. In regno etiam
 Mexicano singuli sacerdotes eō
 missi, intra paucos annos centum
 baptizasse dicuntur. In Caroli V.
 vero historiis extat, quendam
Surius
Presbyter. LXXM. alium CCCM.
Chron. A.
 sacro lavacro tinxisse, si *Surio cre-* *C. 1558.*
 dimus. Sed quod genus Christia-
 nor. quæso illud est. 8, *Oviedo. & Ovied. Hist.*
Ind. l. 17.
 Benzone viris rerum & regionum
 illar. gnarissimis testibus, vix u-
 nus in Cuba sponte sua Christia-
 nismum recepit: nec quicquam *l. 2. c. 19.*
 huius insulae & novæ Hispaniæ in-
 colis præter solum nomen reli-
 ctum. Ita illorum quæ in baptis-
 mo spopondere incuriosi sunt, ut
 solius duntasat sibi impositi nomi-
 nis meminerint; imò, & huius fæ-
 pè obli-

pè obliviscantur. Reliquæ Ameri-
cæ regiones, quæ cum illis quæ
Hispanis parent comparatæ, ha-
bent se ad illas, tanquam sex ad u-
num, Idololatrarum sedes sunt.

C A P. II.

*De partibus orbis, quæ Idolola-
tra possident.*

QVANTUM ad Idololatras, possi-
dent hi, ut superius dixi, in
Europa regiones, quæ DCCCC.
millaria Anglicana in ambitu ha-
bent (falso ei duplum à chartis
Geographicis assignatur). Lap-
pian nempe, Coreiam, Biarmiā,
Scricfinniam, & Septentrionales
Finmarchiæ partes, quæ omnes, si
simul computantur, sexagesimam
Bohem.de Europæ partem exæquant, aut su-
Morib gent. perant, nulla multitudinis ratione
l. 3. c. 7. habita. Sed & in Lithuan. & Samo-
gitia.

*Michov. de
Sarmat. l. 2.
c. 3.*

*Bohem.de
Morib gent.
l. 3. c. 7.*

gitia dispersæ Idololatrar. reliquiæ
inveniuntur, quæ tamen vix in nu-
merum veniunt.

Boter. Re-
lat. p. 3. l. 1. e.
de Lithuania.

In Africa reperiuntur plurimi.
Nam sumpto initio à promonto-
rio Blanco , adoram Lybiæ mari-
timam , Occidentalissima Africæ
pars, quæ est in 20. gr. latitudinis
septentrionalis, & tota ora versus
Austrum ad promontorium. Bo-
nae speci & Mozambique, quod è re-
gione insulæ Madagascar jacet, in
quindecim gradibus latitudinis
Australis, qui tractus medium A-
fricæ circumferentiam constituit,
ab Idololatris possidetur. In ori-
entali tamen parte à Mozambiq;
versus promontorium de Corri-
entes , quod in vigesimo quarto
gradu latitudinis Australis iacet,
Tureis ; in occidentali, regno nē-
pe Congo , & Septentrionalibus
Angolæ partibus, Christianis per-
miscentur, sed multitudine utrof-
que

que vincunt. Quod si eiusdem Africæ mediterranea spectemus, omnia certe, quæ inter flumen Nilum, & occidentale Æthiopiæ mare à parallelo septentrionali decem graduum ad Australem sex aut septem porriguntur, & ab hoc tota Æthiopia versus Austrum in ytraque Nili ripa, ab Orientali Æthiopiæ mari ad Occidentem, imò extreum Australē Africæ punctum, quod caput Bonæ spei dici-
mus, ab Idololatris occupata sunt, præter alias regni Congo & Angolæ partes, versus occiden-
tale mare ut diximus, quas etiam Christiani inhabitant, & extremū Orientalis maris à Mozambique
Leol. 7. A- versus Septentrionem, quæ Ma-
friæ. humedanis repletæ sunt. Præter
Alvar. Hist. dictas nihilominus regiones, to-
Æthiop. tam regnum Borneo, & bona
c. 30. Nubiæ pars ab ipsis insidetur, ut interim infinitam veterū Africa-
norum

norum multitudinem, per quos-
dam Barbariæ, Biled-elgerid, & *Leo Africa*
Lybiæ desertæ montes dispersam, l.i.
quæ suum Paganismum fovet, ta-
ceā, ita, ut nec his quidem in nu-
merum venientibus, dimidiā A-
fricam Idololatria mancipio sibi
vendicaverit.

Maior tamen Idololatrarum in
Asia quæ Africa populōsior & am-
plior, numerus: dimidiatum & ibi,
si non plus, possidere videatur.
Nam si maritimas partes excutia-
mus, omne illud quod sumpto à
Pechora flumine initio, orientem
versus ad oceanum, & inde ad me-
ridionalissimum Indiæ imò Asiæ
punctum, promontorium nempe
Cincapuræ, hinc iter occidentem
versus, secundum oram maris Au-
stralem, ad ostia Indi fluminis de-
currit, totum sibi Idololatræ ven-
dicant: præter Indiæ inter Indum
& Gangem partem, ubi Christia-
nos

nos & Mahumēdanos permītos
sibi habent, & urbem Malaccam,
quæ à Lusitanis, (nunc Hollan-
dis) tenetur, & partem maritimā
regni Siam, quam Mauri incolunt.
Quamvis verò in mediterraneis
multò minor sit ipsarum numerus:
sit tamen tota Asiæ dimensio expé-
datur, plus quam semissēm obti-
nere, quod superius dixi animad-
vertēmus. Scilicet, montem Tau-

Strabo Geo. rum, ex Strabonis & Ptolomæi
gr. l. 2. observationibus, sumpto, in Ori-
Ptol. in tab. entalibus. Asiæ partibus in confi-
orbis. niis Lyciæ & Pamphyliæ, è regio-
nibus Chelidoniar. insularū initio,
versus Orientem ad Oceanum us-
que, inter parallelum trigesimi &
quadragesimi gradus decurrere,
sicque Septentrionalem Asiæ par-
tem ab Australi dividere, scimus.
Imaus quoque dum ab Orientali
Septentrionalis Oceani littore ex-
ortus, per medium Asiam, versus
Austrum

RELIGIONVM.

23

Austrum decurrens, eundem Meridianum, circa longitudinem neppe 130. graduum servans, & montem Taurum quasi ad rectos angulos secans, Orientalem Asiae partem ab Occidentali separat, & Asiam in duas non omnino æqualis partes dividit, Idololatras quoque à Mahumetanis dividit. Quod si partem illam ad occidentale Imaï latus, quæ à Mahumetanis possidetur, plus terræ in longitudine inter orientem & occidentem possidere dixeris: illam tamen, quæ ultra Imaum, plus in latitudine versus Septentrionem & Austrum obtinere, certum est. Nec obest, quod multi ex alia Imaï motis parte, versus Aquilonem, Mahumetani Idololatris & Christianis permixti sint, ut superius diximus. Plures enim Idololatres & hac Imaï parte tam versus Austrum in interioris Indiae regnis, quam versus

Septen-

Septentrionalem inter Imaum & flumen Pechora reperiuntur ; interq; ipsos medii Kirgessi & aliquot nationes vicinæ. Nec in continenti duntaxat eas Idololatria vires sumpsit ; pares in Insulis, quarum

Paul. Venet.
l.3.c.8. &
42.

è regione Chinæ septem mille quadringenti quadraginta octo, circa Indianam viginti septem mille numerantur, quæ simul sumptæ , tres quartas Europeas, a quarent, obtinet, paucas illas si excipias, quæ ab Hispanis & Arabibus tenentur.

In Americam maximus est Idololatrarum numerus. Nam ex ea, quæ continente nostro seu vetere orbe vix inferior haberi potest, sex, de septem partibus, Ethnici seu Idololatræ possident; septimam, Christiani sub Lusitanis & Castilianis in regionibus supra dictis , Florida & California, sub Anglis in Virginie , sub Gallis in Canada sibi vendicant.

*Thom. Iesu
de Conv.
gent. l.1.c.1.*

Pra-

Præter has gentes quarum iam meminimus, sunt adhuc tres, quæ religionem ex prædictis compositam habent, in Asia nempe, Curdi & Drusi, in Europa Morduitæ. Curdi, montana circa Mosal, inter Armeniam & Mesopotamiam incolunt. Drusi in Syria, circa Libanum montem habitant. Utrique a liquid de Christianismo & Muhamedismo participant. Morduitæ Tartaris Præcopensibus & Muscovitis interjacent. Baptizantur ut Christiani, circumciduntur ut Mahumetani, & adorant idola, ut Ethnici.

C A P. III.

De partibus orbis quas Muhumetani possident.

Quartuor sunt religionum seu sectarum in orbe Terrarum genera. Idololatræ, Muhumeda-

Bni, Iu-

ni, Iudæi, & Christiani, de his & illis
præcedētibus capitibus egimus: ja
de Muhumedanis loquemur. Mu-
hamedismus itaque parum in Eu-
ropa possidet. Regiones enim illæ
intra Fanaim & Borysthenē (Don
& Nieper hodie vocantur) quas
Tartaros tenere supra diximus, vix
vigesima sunt Europæ pars. Pagii in

i. Bohem. de i. Lithuania circa Vilnam, ubi illis
morib. gent. exercitium religionis permittitur,
l. 3. c. 7. non sunt tanti, ut in rationem ve-
Boter. Relat. niant. In Græcia verò, Macedo-
p. 3. l. 1. Mie-
chow. de Sar-
mat. l. 2. c. 3. nia, Thracia, Bulgaria, Rascia,
Servia, Bosnia, Epiro, maxima par-
te Hungariæ, aliqua Dalmatiæ,
quæ pro decima quarta Europæ
parte sumi possunt, quamvis ad gu-
bernacula Turcæ sedeant, vix ter-
tiam incolarum partem consti-
tuunt.

In Africa nimium Muhamedis-
mo datum est. Si maritimam oram
spectemus, possidet primò, omne
Oceani

Oceani Atlantici litus, à promontorio Blanco ad fretum Gibraltar, quod spaciū MC. milliaribus Anglicis includitur. Eadem litus totum maris mediterranei, à p̄fato freto ad Ægyptum CCXL. milliarium, septem urbibus quæ Hispanis & Lusitanis parent, exceptis, debetur. Orasinus Arabici à Sues ad promontorium Guardafu, milliarium MDC. unico portu Ercoco, qui Abyssini est dominii excepto; & ultra promontorium, versus meridiem, omne Æthiopici maris litus, ad Mozambique, è regione insulæ Madagascar sitam, milliarium M DCCC. eodem fœdata est: & quod magis, totus hic quem dixi milliarium VIIII. tractus, seu dimidia totius Africæ circumferentia, cum maritimis insulæ Madagascar, & plurimis in Oceano Africano insulis, domino quoque Turcico subiacet.

B 2 Quin

Quin & ultra Mozambiquen, ad promontorium usque das Corrientes, quod Tropico Capricorni subest, Idololatris permitti inveniuntur. Observandum tamen, secundum Orientalium Africæ orarum longitudinem, à Suachen ad Mozambique, qui tractus est ccc. miliarium, Muhamedanos littora duntaxat tenere, in mediterraneis verò, regna Dangali & Adel, quæ sese mutuò, illud intra, hoc extra fretum Babel Mandel tangunt, si excipiatur, pedem nondum fixisse: imò à regno Adel ut promontorio Guardafu ad Mozambiquen usq;. Idololatris misceri. Occidentales & Orientales Africæ partes si percurras, totus inter mare mediterraneum & magnum fluvium Nigrum, continens, quem Nilus läbit, ad insulam Meroen usque, qui in eodem parallelo cum Nigro jacet, Muhamedismum profitetur.

Sed

Sed & ultra Nigrum omnia Nigritarum regna, quæ iste alluit, invasit; ita ut tota Barbaria, Biled-el-gerid, Lybia deserta, & regionis Nigritarum, ipsi inserviant. Verbo', si quædam maritimæ partes versus mare Atlanticum à promotorio Blanco versus Austrum, regna 2. Borno, & pars 3. bona Nubia, dispersæ que per montana Arabiæ, Biled-elgerid, & Lybiæ defertaloca, 4. reliquæ, quæ gentilismum adhuc retinent, excipiuntur, tota Africa à mediterraneo mari, id est, quatuor nonæ Africæ partes, Muhamedanis debentur:

2. Leo Africæ
can. l. 3. Africæ

3. Alvarensis
Hispiæ & thys
op. c. 30.

4. Leo Africæ
can. l. 1.

In Asia amplexæ sunt in primis & defendunt Muhamedismum, quatuor potentissimæ nationes, Arabes, nempe, Persæ, Turcæ, & Tartari. In Arabia exclusa & tanquam in spaciose Cavea (IVM. militaria Anglicana in circuitu nume-

B 3. rat)

rat) enutrita est hæc impura volu-
cris. Eltori duntaxat, exiguo ad in-
timum sinus Arabici angulum,
portu, & Petras, nunc Krac, in me-
diterraneis, quidam miscentur I-
dololatris Christiani; & Monachi,
duo circum montem Sinai possident
monasteria. Inde hoc venenum
pettotius Asiae venas, ita disper-
sum est, ut quamvis nec Septen-
trionales oras, quas Christiani à
Dwyas fluvio ad Pechora, Idolo-
latræ à Pechora ad Oceanum O-
rientalem inhabitant; nec Orien-
talem maris tractum, qui à Septen-
trionalissimis Tartariæ, ad' 5. au-
stralissima Indiae, pauca loca in re-
gno Siam si excipias, ab Idololatris
possidetur, attigerit; magnam ta-
men Asiae partem infecerit. Si con-
tinente peragremus, tota mari-
tima versus Austrum, à sinu Ara-
bico ad flumen Indum ora, cum
regnis Cambejæ, Bengalæ, & quar-
ta par-

g. Boter. Re-
lat. p. 3. l. 2.
de Mahu-
mes.

RELIGIONVM. 33

ta parte Malabarum, Muhamedā servit. Qui cquid ab Occidentali- bus terminis, versus Orientem, ad Imaum montem decurrit, ut, flu- men Tanais, Pontus Euxinus, Aē- geum & mediterraneum mare, id est, dimidia totius Asiae longitudo, eiusdem est peculium, 6. Kirgessos ^{6. Guagum.} propè Imaum montem, qui Idolo- latræ, & Christianos, qui tempore ^{descript.} Tartariae, Brocardi, id est, ante annos eccl. rot erant, ut triginta pro uno Mu- hamedano numerarentur, sed nūc tam pauci, ut in rationem venire non possint, si excipias. Ultra I- maum verò montem, in provinciis 7. Peim, Cotā, Lop, & aliis, soli ^{7. Paulus} habitant: in Cassar, 8. Charchā, ^{Kenet. l. 1. c. 41. 42. 43.} Chinchintales, Tanguth, Egri- mul, Cerguth, Tenduc, Idolola- tris miscentur, quorum numerus, ^{8. Idem. l. 1. c. 38. 40. 47.} Idololatrarum & Christianorum numerum, cis Imaum montem, exequat, ita, ut, nisi me accuratus

B 4 com-

*Nahumetismus
late diffusus.*

*9. Viaggio.
del l' In die.
Barbos, apud
Ramus. vol.
I.p. 313. 318.
319.
Boter. Relat.
p. 3. l. 2.*

*Religiosi populi.
media " a ghanie.
Saraceni.
Genova, huis, urit
p. 3. modifg. 9 corf.*

*Felicitas, iure
menta, pudicitia
fsecundus.*

computus fallit, Muhamedismus novem Asiarum partes de viginti, seu dimidium ferè continentis Asiarum occupet. Nec minorem in Insulis invenit gratiam. Nam non tantum Bonam 9. Maldiriarum insularum (septem mille numerantur) id est, inhabitatarum partem infecit: sed & omnes portus Zeilan, (Columbo habent Lusitani) tractum maritimum Sumatræ, Insulam Sundam, portus Iavæ, Bandæ, Borneo, Gilolo; & aliquas ex insulis Moluccis, sibi manciparit. Ceterum, dum in causas ob- quas tam longè lateque impia ista secta diffusa est, inquiero, quatuor, præter divinam iustitiam, peccata Christianorum hoc modo punientem, (illæ primò regiones oppræssæ sunt, in quibus Christiana religio maximè n. guit) invenio. Primam, in tot prospéro ductu partes victorias coniicio, vici, semper victores religio-

gionum sequi coacti sunt. Alteram omnium de religione disputationum, sub poena capitis inhibitio suggestit. Tertia, suppressioni studiorum Philosophiae, per quam in maxima potiorum superstitionis Muhamedanæ partium vanitas detegi potuisse, debetur. Eam in universitatibus docere, à quadrin gentis & ultra annis prohibitum est, { cum antehac Cordubæ, Fes fæ, Marocci, } Bagdadi, & in aliis urbibus floruerit. Quartam carnalibus voluptatibus fruendi, & plurimes uxores ducendi licentia expeditat; cui similius oblectatum in Paradiso promissa accedunt. Magis horum oblectamenta expertos afficiunt, quam spiritualium deliciarum promissa, quæ in spé duntaxat offeruntur, & tales sunt, ut propter eas sensuales voluptates necesse sit derelinquere.

B 5 CARS

*Silentium evenib
impositum erit
dulta disputat.
pictab s præpis.*

*Le fitat q. soberia
Philæ e rancis
usq.*

*Oblectatores
bona gaudiæ.
Exclusi honeste
m̄t coramis
voluptatibus.*

De Iudais per orbem dispersis.

Bonn. Re-
lat. p. 2. l. 3.
de Giudei.

Iam de quarta in orbe terrarum
fecta, Iudaismo nempe, agemus.
Nullā quidem peculiarem regio-
nem Iudæi inhabitant, sed per ex-
teras provincias, dum propter I-
dolatriam, tum propter filij Dei
contemptum, dispersi, vagantur,
ita ut ac Hierosolymis quidem ul-
tra centum Iudæorum domus sint,
& in solis Palæstine urbibus, Ti-
beriade nempe, quam Amura-
thes Alvarezio Mendez Iudæo do-
navit, & Staffileti, aliqua ipsorum
sit multitudō: tamen, cum in qui-
busdam provinciis sint frequen-
tes, ex nonnullis etiam pulsi fue-
rint, paucis ipsorum conditionem
expendam.

Primi qui Iudæos absque ulla
reditus

reditus spe eiecere, fuere Anglia.
 Inde sub Eduardo I. Anno MCCCXCV
 pulsi sunt. Anno MCCCVII. eiecit
 eos ex Gallia Philippus Pulcher:
 Avignione tamen quidam adhuc
 habitant. Ex Hispania Anno M.
 CCCXCIT. Ferdinandus: ex Lusita-
 nia Anno MCCCCXCVI. Emanuel,
 ex regno Neapolitano & Sicilia:
 Anno MDXXXIX. Carolus V. In
 Germania, Bohemia, Polonia, Li-
 thuania, Russia, Venetiis, & Ro-
 mæ plurimos invenies. In Græcia
 tam sunt frequentes, ut Constan-
 tinopoli & Theffalonicæ, sexcen-
 ties mille Iudæi numerentur. Sed
 & in Asia, Aleppi nempe, Tripo-
 li, Damasci, in Rhodo, Persia, A-
 rabia, & India circa urbem Cran-
 ganor; in Africa verò, Alexan-
 driæ, Cairi in Ægypto, Fessæ, &
 Tromiznæ; in primis autem in mo-
 tibus Senfavaæ & Demen, in regno *Leo Africæ.*
 Marocci, ubi frequentes Karæi, l. 2. c. 33. ss.
 quos

quos reliqui Iudæi pro hereticis
habent, occurunt, maximus Iu-
dæorum est numerus. Sunt & non-
nulli qui Tartaros seu Scythes,
quorum nomen circa Annū c. MCC.
orbi innotuit, quiue bonam A-
siæ partem ad hunc usque diem te-
nent, ex progenie Israelitarum
seu decem tribuum à Salmanassar
in Assyriam deportatorum esse o-
pinantur, idque tūm , quod Ta-
tarorum vel Totarorum, (sic scri-
bi & vocari hos populos debere e-
ruditi volunt) vocabulum, reli-
quias in lingua Ebræa & Syriaca
significet: tum quod circumcisio,
vetustissimus Ebraismi character
apud ipsos fuerit in usu , tum de-
nique, quod apud Esdras, ex quo
tanquam ex fonte hæc opinio hau-
sta est , hæc extent l. 4. 13. v. 41.
Ipsi autem sibi ceperunt hoc con-
silium ut derelinquerent multitu-
dinem gentium profecti in ulte-
riorem.

Postell. de-
script. Syr.
c. 1. Genebr.
Chron. l. 1.
Boter. Re-
lat. l. 1. l. 2.
Leuncl. in
Pandect.
Turcic.

riorem regionem ubi nunquam genus humanum habitavit. Et ibi observarent legitima statuta sua, quæ non observaverant in regiones sua. Per introitus autem fluminis Euphratî angustos introierunt. (Fecit enim eis tunc altissimus signa, sistens venas fluminis usque dum transivissent.) Et in eâ regionem perventuris fuit via magna, iter anni unius & dimidiis regio autem ille vocatur Harschareth, &c. Verù enim verò, meri hi sunt, ut quod res est dicam, laborantis phantasie conceptus. Nam, ut priori rationi satisfaciamus, nō ab Ebrais vel Syris, sed vel à flu-
vio Tartaro ut cum Leunclavio *Leunclav.*
quidam observavere, vel à regione *Pand.istor.*
in qua antiquitus primarii vixerent, *Turcicæ*
ut Haytho Armenius notat, nomē *Haythol. de*
fortiti sunt. Et quamvis nomen *Tartaris*
Tatar & Totar in Ebraica & sy- ^{et 16,}
niaca lingua, reliquias significet

B 7 malè

male tamen id Tartaris, qui numerum transportatorum longe superant, & semissem ferè Asiae occupavere, attribueretur. Omnes certe Asiae nationes à magnis fluminibus, Volga & Obij, versus Orientem, à Caspio mari, Oxus fluvius, Indiae & Chinæ regiones, versus Septentrionem, hoc nomine appellantur; nec dicam alios populos qui alibi habitant, & tamen hoc nomine gaudent. Quid si & tot nationum populus, qui amplissimum Americæ continentem inhabitat, eiusdem originis esset? Aut vehementer fallor, aut certè verum est. Ex Asia originem eius accersiri debere, vel exinde patet, quod nec Europæos civilitate artibus mechanicis, vel eruditione; nec Africanos colore referant. In toto illo continente, nullum nigrum invenies, præterquam paucos circa fluvium S. Marthæ, in pro-

provincia Quarequa , qui forte
tempestate ex Guinea vel Athio-
piae è delati sunt. Et quia occidē-
tales Americæ partes , quæ Asiam
respiciunt, populosiores esse Hi-
spani observaverunt , quam Ori-
entales quæ Europam ; quia vix a-
liquid commune cum Chinensi-
bus, Indis, Iaponibus vel Cathajæ
incolis habent, & Tartaros igno-
rantia literarum & artium , nec
non quibusdam Idololatriæ singu-
laribus resipiunt, à Tartaris descē-
disse, credibile erit. Et verò, illam
Asiae partem quam Tartari inco-
lunt, vel isthmo aliquo cum Ame-
rica jungi , de quo adhuc dubi-
tatur ; vel freto aliquo angusto dis-
jungi , vel noxiæ bestiæ , Leones
nempe, Tigrides, Lupi, vulpes, &c.
quas sine dubio homines secum
non transportavere , ostendunt.
Cum enim ad arcam Noe suam
originem referant, nec per putre-
facilio-

factionem progigni possint; & si possent, nescio cur tanita cura eas a diluvio conservare Deus voluerit, necessario eas ex Asia in Americam vel transisse, vel transasse, sequetur. Et quia nullas in Cuba, Iamaica, Hispaniola, Burichena, & aliis, quæ longè à continenti distant insulis, quod tranare non possent, esse, Hispanorum relatione habemus: verisimile est, ut dividimus, vel isthmo has partes jungi, vel angustissimo freto à se invicem divelli. Nec circumcisio ostendit Tartaros Israelitarum esse reliquias. Circumcisionis enim ritus non nisi cum Muhamedisino ab illis receptus est, ut Miechovius testatur: ideo ab illis Tartaris, qui in Cathaia ultra Imaum montem versus occidentalem Oceanum & in Sarmatia versus Septentrionem ad utramque Obij fluvij ripam habitant, quique Idololatriæ addicti sunt,

*Joseph. A.
costa de Na.
tur. Novi
Orbis l.c.
21.*

*Miechov. de
Sarmat. l.
c. 5.*

RELIGIONVM.

41

funt, non servatur. Multæ etiam gentes, quas nemo unquam de Israëlitarum progenie esse, vel dixit vel suspicatus est, ritum circumcisionis adhibuere, ut Colchi apud Diodor. *Sicil. l. 1. p. 2. c. 2.*
 Diodorum; Ægyptii apud Philo *Iud. l. 1. p. 2. c. 1.* & Strabonem: Æ apud Herodotum: Troglodytæ apud Strabonem & alios; *l. de Circumcis. Strabon. l. 16. Herodot. l. 2. Diodor. Sicul. l. 3.*
 Phœnices & Arabes apud Cypriani & Nicephorum; Ægyptii, E-*Sicul. l. 3.* domitæ, Ammonitæ, Moabitæ, & *c. 3.*
 Deserti incolæ, seu Ismaelitæ & Saraceni in Arabia, quos eandem *Cyprian. l. 1.* suo adhuc tempore retinuisse Hieronymus, & Epiphanius authores *c. 35.* *de Circumcis. Niceph. l. 8. c. 35.*
 sunt. Quamvis autem quædam ex Agarharystis gentibus hunc circumcisionis chid. de mars.
 ritum aliqua ratione ab Israelitis rubroc. 49. accepisse dici possent, seu ut horū apud Phot. progenies, quod de Ismaele filio Hieron. in. Abrahami & Edomitis Esavi posteris sumi debet: Seu ut cōsanguinei, quod Ammonitæ & Moabitæ *Epiphan. Panarch. l. 1. c. 30.*

tan-

Circumcisura

tanquaathi progenies sibi vendicare possunt: nescio tamen, quomodo id de tota Arabum & Ægyptiorum natione dici posset, Cum Israelite octavum à nativitate diem præcisè observarint; Ægyptii vero decimo quarto anno, prodente Ambrosio, Arabes decimo tertio, & quidem utrumque sextū: ut Turcae octavo, decimo, & decimo quinto circumcidant. Imò apud Anzichos magnam illam gentem, quæ occidentale Nili littus ultra Nubiam insedit circumcidēt. Pigaffetta de ritus viget. Apud Iucatanos, regno Congo quoque in America olim. in usu fuit, quos Idololatriæ addictos esse & fuisse scimus. Et quorsum multa? Tartaros quoque Idololatras fuisse, M. Paul^o Venetus, Haimo & alii testes sunt. Nullam certe leges memoriam obtinent: nec Sabbathum, nec alias legis Ceremonias observant, sed patrū suorum.

rum uxores & suas sorores ducūt;
nec ab immundis animalibus, † *Vincent.*
Equis nempe, canibus, felibus, & *Spec. Hist. l.*
cadaveribus abstinent, sed eorum ^{32. o. 6. Par-}
^{lus Venet. l.} sanguinem potant. Antecessorum
fusorum quorum memoriam Israe- ^{1. c. 55. Gui-}
litæ incorruptam servabant, nec ^{lelm. de Rus-}
meminere quidem. Nec literæ, nec ^{tin. c. 9.}
lingua, quicquam affinitatis cum
Ebraea vel Chaldaica habuere, do-
nec cum Muhamedismo Arabicæ
quoque lingua ad eos pervenisset.
Abstinentia à carne suilla in argu-
mētū venire nō potest. Nam & *Æ-*
gyptii & Arabes, & Scythæ † ea ab- ^{Herodot. l. 4.}
ſtinuere, eademque à modernis ^{† Sigism.}
Muhamedanis, quitamen ex Israe- ^{Commen-}
litarum posteris non sunt, reiici- ^{rer. Mosco-}
tur. Quantum ad authoritatem
Esdræ, nec illa quæ de decem tri-
bubus scribit, Tartaris conveni-
unt, nec circumstantiæ historiæ,
quamvis convenienter, veritatire
ſpondent. Non illa, Dicit enim
multi-

multitudinem esse pacificam, de reliquis multitudinem gentium, ut ibi observarent legitima statuta sua. Quomodo verò Tartari pacifici dici possunt, cum armis suis totam Asiam & bonam Europæ partem turbaverint? quomodo statuta Israelitarum observasse, cum Idololatræ fuerint, & leges eorum ignorarint? Non hæc. Nam itineris illius descriptio, historiæ Chronicorum & Regum repugnat, in quibus legimus, Israelitas in Assyriam transportatos, & in Chalachum, Chaborem, Harram, & Nehargazanem in eumusque diem abductos fuisse. Atqui multi eruditæ, † Esdram authorem Chronicorum putant: quod si R. Scholomo non est, saltem decem illas tribus ex Assyria nondum migrassæ, cum iste liber conscriberetur, apparet, quia ad eum diem in illis locis fuisse.

*† R. David Kimchi, &c.
ex sententia seniorum apud Sixt.
Senens. Biblioth. L. II.*

1. Chron. 5.
2. 6.
2. Reg. 17.
23.

isse dicuntur. Illum verò librum post captivitatem Babylonicam, id est, tempore Esdræ, fuisse scriptum, vel hinc patet, quod circa Abulensi.
 libri secundi finem, Cyri Regis pref. Paral-
 & ipsius edicti, de restauratione pom. in quo.
 Hierosolymorum, iisdem fermè verbis, quibus Esdras incipit, fiat mentio. Ergo tempore Esdræ nondum migraverunt. Sed nec tempore Iosephi. Hic enim tempore suo ultra Euphratēm, & in I. II. innumerabilem multitudinem au-
 etos fuisse, scribit. Nec tempore Benjamini. Tudelen sis, qui ante D. circiter annos vixit, & bonam Beniamin. orbis tum cogniti partem pera- in Itiner. passim.
 gravit.

Is enim majorem longè se in Asyriæ veteris provinciis, Iudæorum multitudinē, quā alibi, invento scribit, eosdēq; multas regio- nes & civitates, in quarū una cccc. numerabantur possedisse addit: multa

multa quoque Israelitarum millia,
ex progenie eorum , qui à Salma-
nassare transportati erant, in par-
tibus Mediæ esse, excrevisse, adiic-
cit: imo loca particularia, Rube-
nis, Gadi, & Manasse in uno, Da-
ni, Ascheris, Zabulonis , & Ne-
phtali in alio exponit. Sed sit, nec
authoritatem Scripturæ, nec expe-
rientiam huic fabulæ refellendæ
inservire: at ratio hominum Geo-
graphiæ non omnino ignarorum,
& in rebus civilibus aliquomodo
versatorum futilitatem facile re-
fellere potest. Quorsum opus erat
venas fluvii Euphratis, ex Assyria
aut Media in Tartariam, quæ in-
ter Euphratēm & Caspium mare
versus Septentrionem jacet, ten-
dentibus, sistere ? Et quomodo,
quæso Israelitæ, per diversas Assy-
riaci imperii provincias dispersi, &
suis præsidibus subiecti , terras il-
las derelinquere poterant. Quæ
fuisset

fuisse stultitia , terras in quibus pacifice vivebant derelinquere , & illas adire ubi nunquam genus humanum habitavit ? Quod si eo insaniae devenire poterant , ut iter octo decem mensium ingredierentur , quomodo quæso per feroce s & potentissimas Scytharum nationes , quas nec Aflyrii , nec Persæ subiugare poterant , imò post ab ipsis subiugati sunt , tanto spacio penetrarint ? Incultam tam fuisse credibile non est , cum & cum Ægyptiis de locorum antiquitate certaverint , & palmam reportaverint ; & tam frequentes numero fuerint , ut Scythia hominum officina diceretur , ipsique Scythæ idè Asiam & Europam inundasse scribantur . Et ut tandem finem *Infin. 7. 2.* huic discursui faciamus , quis unquam regionis Arsareth meminit ! Invenio quidem in fragmētis Be-tosi , & Ptolemæi tabulis civitatem

Arsa-

Arsaretham, ad ostia Araxis, in ma-
re Caspium se exonerantis sitam,
fortè ex Israeliticis Coloniiis ad
confinia Assyriaci imperii dedu-
ctis, unam; & facile fieri potest, il-
lam quasi Gnir, Schaarith aut Hor
Schaarith, id est, urbem vel mon-
tem reliquiarum, aut Eretz Scha-
arith terrarum reliquiarum dictam:
fabula tamen de octodecem men-
sium itinere, non magis cum hac
civitate convenit, quam regio Ar-
sereth cum Geographia. Ab eo-
dem certè Thalmudico Spiritu,
hæc de migratione Israelitarum in
terram quam nemo incoluit, hi-
storia profecta fuisse videtur, à
quo illa, quæ apud eundem autho-
rem, tum de congregatione aqua-
rum in partem septimam terræ, ita
ut sex conservatæ fuerint siccæ;
tum de duobus animantibus, Be-
hemoth & Leviathan, quæ septi-
ma pars, ubi aqua non erat con-
gre-

Beroſ.l.3.
Ptole. Geogr.
l.5.c.13. &
in Tab. 3.
Asie.

congregata, non poterat simul capere, & quorum illi una pars humida ad inhabitandum data, habentur, profecta est. Quomodo enim poterat mare in septimam terræ partem colligi, cum id dimidiæ ferè terræ parti incumbere, & præstantissimorum Philosophorū opinione, & Nautarum observatione habeamus. Aut quomodo terra tantæ dimensionis, mare tantæ profunditatis, ut notum est, nō potuerit Elephantem & Balænam simul recipere? Maximi Indorum Elephanti, (maiores terra non fert) habent novem in longitudine: ne cubitos, quinque in latitudine: maximi quos Europa vidit, longè sunt minores. Cete quinques maiorem Ælianus facit. Ordinariè triginta sex cubitos in longitudine, octo in altitudine non excede-

Mare ferè ter-
ram aquat.

Ælian. H.
A.l. 12. c. 8.

Gillius in
descript.e- Eleph. c. 6.

Gorop. l. 2.
Origin.
Antverp.

Ælian. H.
A.l. 16. c. 12.

Bale.
n&.

Rondelet. de
Piscib. l. 16.

c. 11.

Arrianus de
reb. Indicis.

C
rum

50 SCRUTINIVM

rum dari, qualem se Nearchus apud Arrianum, in Oceano Orientali vidisse dicit. Demus verò sexcentorum pedum in longitudine, trecentorum & sexaginta in latitudine esse, quales in sinu Arabico reperiri Iuba apud Plinium scribit, qui experientia optimorum nautarum tot pedum profunditatem non habet. Demus etiam quatuor iugerum, id est, nongentorum sexaginta pedum, in Oceano Indico, ut Plinius prodidit, haberi, quod fabulæ quam veritati propius est, & solus duntaxat Basilius, qui balænas maximis montibus, tergora ex aquis emergentium insulis, nimis hyperbolicè exæquat, excluditur: non video tamen, quā hæ Balænæ & Elephanti dimensiones, ad ingentem Oceani amplitudinem & profunditatem, proportionem habeant. Maris enim profunditas, ut brevem huic tractatui

*Plin. H. N.
l. 32. c. 1.*

*Plin. H. N.
l. 9. c. 3.*

*Basil. in
Hex. hom. 7.*

Mari's profunditas.

Nonum altitudine.

RELIGIONVM. 51

Statui Philosophicum discursum Plin. H. N.
interseram, aut quindecim est iu- l.2. c.102.
gerum, seu unius milliaris cum se- leomed.
ptem octavis, ut Fabianus apud Meteor. l.1.
Plinium & Cleomedes prodidere; Plutarch in
aut maximorum montium altitu- vita Æmi-
dinem , quod antiquitati, teste lii.
Plutarcho , creditum, exæquet; Scalig. de
aut, quæ mea opinio est, multum Subtil. Ex-
eandem excedit. Scaligeri & alio- Baccius de
rum sententiam de centum passuū Thermis l.1.
profunditate, nisi de fretis & an- t. 4.
guistis canalib^o sumatur, experien- Theon in
tia Nautarum falsitatis, in Ocea- Commenz.
no, convincit. Eratosthenis verò struct Ptole- magna con-
in Theone, de montibus maximis, mail. 1.
decem iugerum altitudinem non Plin H. N. I.
excedentibus, qualem Dicearchus 2. c. 63.
instrumentis Dioptricis , Plinio Plutarch.
referente , Pelium in Thessalia, Cleomed. L.
Xenagoras apud Plutarchum Q. 1. Meteor. c.
lympum, in eadem regione, (vi- 10.
ginti passibus iste superat) opinio, Alhazen de
(Cleomedra & Alhazenu omitto; p. 1. Crepusc.

C 2 quo-

SCRVTINIVM

52

quorum ille altissimis montibus
xv. jugera adscribit; Sic non ultra
octo milliaria erigi docet) de mō-
tibus Græciæ sumenda est, qui cū
Alpibus in Europa, Atlante in A-
frica, Caucaso in India, Andibus
in Peru, nulla ratione comparari
possunt. Opinionem hanc meam
ut declarem, tria præsuppono. Pri-
mò, terram in superficie, in prima
sui formatione, regularem &
Sphæricam fuisse: secundo, terram

Damascen.
l.2.de Or-
thod. fide c.
10.

mole sua Oceanum æquare; tertio,
irregularitatem terræ exinde or-
tana, vel q[uod] superfici aliquid adé-
ptum sit, ut in quibusdam locis ca-
vernosi redderetur, additum in
aliis, ut convexior evaderet: aut
quod idem ferè est, alibi evectam,
alibi depressam esse, ut mari re-
ceptus daretur, idque verbo illo,
Cœant aquæ in unum locum &c.
factum. Quod enim Aquinatem,
Dyonisium, & Catharinum atti-
bet;

Aquin.
Sum.p.1. q.
69.a.1.
Dyonis. &
Catbar. in
Genes. I.

net, qui hanc aquarum collectio-
nem, non per aliquam terræ muta-
tionem, sed per violentam earun-
dem accumulationem esse factam
opinantur, verisimilitudine desti-
tui videtur, tum quod id naturæ
aquaæ quæ fluida, repugnet; tum
quod si fluxus iste supernaturaliter
à Deo impediretur, in prima sta-
tim naturæ institutione, Deus vim
naturæ intulisse dicendus esset; tū
quod si res se ita haberet, non opus
fuisset in diluvio, vel catarractas
cœli aperire, vel fontes & abyssos
referare, subtræcta illa à qua frena-
tur potentia, totus mundus dilu-
vio absorberi potuisset. His ita
suppositis, quorum primum scri-
pturæ, alterum Nautarum expe-
rientiæ, tertium rationi innititur,
præmissis, videtur in collatione
profunditatis maris cum montium
altitudine, nos. debere montium
supra communem terræ superficiem.

C. 3 ciem.

ciem altitudinem, cui extraordinaria maris voragine, quæ infra commune fundumita descendunt, ut montes supra terram elevantur, considerari, seu terræ ipsius seu aridæ supra maris superficiem. Torea enim terræ massa, quæ ex aquis tanquam loco, quem iam aquæ possident, emersit, necessariò, æ qualis loco ex quo desumpta est, erit, & sic consequenter unius elevatio, alterius depressioni respondere debet. Et sic, mea opinione, altitudo ordinarii continentis, exclusis etiam montibus, plures in amplissimis continentibus profunditatem aquæ superat, quam montium altitudo ipsam terram. Nam primò, planam istam terræ faciem non distare æ qualiter à centro, sed decliviorem esse versus mare, accliviorem versus mediterranea, quamvis oculis aliter apparet, rationi certum est. Nam illa

RELIGIONVM.

*Decursus fluviorum
in mari hominum loca, ut
53 poterit depressione.*

illa terræ portio mare tegit, decliviore est versus ipsam maris medietatem: (mare ratione suæ superficie æqualiter distat à centro, & quo magis à littore discesseris, eò profundius esse observatum est) sic & illam quæ nuda est & ab aquis libera, decliviorē versus mare esse, fluminum & aquarum à mediterraneis ad mare defluxus ostendit. Etsi vero declivitatem illam definire non possim: si tamen conveniens & illud est in operibus naturæ, quod in operibus artis, quæ naturam imitatur, verum certè illud quod dixi erit, videlicet, in magnis continentibus per quos flumina unicis vel duorum millium milliarium spacia conficiunt, altitudinem ordinariam mediterraneorum supra maris superficiem, majorem esse quam montium supra terram. Plinius enim in deri- *Plin. H.N. II.
vatione aquarum, unius cubitide- 31. 6. 6.*

C 4 cli-

Descens⁹ fluvior⁹ p̄cipuor⁹ & proportionat⁹.

36 SCRVTINIVM

clivitatem, in ducentorum & quadraginta pedum ductu (dicit, unum cubitum in binos Actus: Ætas verò, ut in Columella videtur, est cxx. pedum) requirit. Nec obstat , Vitruvium & Palladium in ducentos pedes, pedem unum in descensu poscere. Hac namque proportione servata , in de cursu per mille millaria, quæ Danubius, Volga, Indus, absolvunt, quinque milliarium descensus esset, perpendiculariter computando, & in de cursu bis mille milliarium , quæ Niger, Nilus, & Amazonum fluvius absolvunt, decem. Evidem fateor, aquam, cum sit gravis & liquida, facile, data quali quali inæqualitate descendere; ita ut hęc veterum regula, comoditatēm potius, ne scilicet, aqua , diutina in tubis mora, aliquid vitii, aut aere destituta, dispositionem ad putredinem contraheret, quam necessitatem

Columella

R.R. l.5. c.1.

Vitruv. l.8.

c.7. Pallad.

R.R. l.9. lit.

ii.

*Maris & fenn. major
nunc tamen alim depreseſa.*

RELIGIONVM. 57

ratem, cum modernis, annotante Philandro, super Vitruvium, una Spithama in sexcentos pedes sufficiat, spectare: certum tamen, cum descensus fluminū sit continuus, cursus per longa spacia, delapsus præceps & insanus, differentiam quoque inter flumen fontes & ostia, ortū & casum in mare notabile esse: cui terræ declivitati, cum maris profunditas respondeat, dicendum quoque est, maiorem etiam esse maris profunditatem, quamquam quæ à Philosophis ponitur. Nec potest angusti Sardoi maris, quod profundissimum. Aristoteles putavit, mille orgyarum à Strabone & Posidonio prodita profunditas, ulla ratione Oceani profunditati derogare. Imò, si hoc tam profundum, quia angustum, quid de Oceano sentiendum est, quod multis locis quinque spacioſius est: in primis. Cum experientia dederit, spacio-

C s siorem

*Aristot. Met.
tro. l. 2. c. 1.
Strabol. I..*

§8. SCRVTINIVM
siorem & ab insulis liberiorem,
profundiorem esse.

C A P. V.

*De quantitate & proportione
partium terræ, in quibus mode
dictæ religiones vi-
gent.*

Si ex p̄cedente illoque longiorre discursu colligenda sit summa, & ponenda proportio terræ quam unaquæque harum religionū ratione alterius occupat, præsupposito; Europam, Africam, Asiam & Americam, habere se invicem tanquam unum, tria, quatuor, septem; & religionum harum professores, ea proportione diversas terræ partes tenere qua diximus; inveniemus, Christianos possidere terræ habitatæ partem circiter sextam, Muhamedanos quin-

Christ. $\frac{1}{6}$.
Mason. $\frac{1}{6}$.
Idolol. $\frac{2}{3}$.

quintam, (errant † qui dimidium + Postell. in
 orbis terrarum occupasse scri- pref. Gram-
 bunt) Idololatras duas tertias. mat. Arab.
 Quod si notum orbem in triginta Ludovic.
 æquales partes divisérimus, Chri- Reg de vi-
 stianorum pars habebit se tanquā in fines.
 quinque Muhamedanorum tan- Not. orbis in 30.
 quam sex, Idololatrarum ut no- Christ. $\frac{3}{30}$.
 vendecem. Dispersos per Africam Matom. $\frac{6}{30}$.
 & Asiam Christianos, nō traho ad
 numerum, tum quod exiguis sit i-
 psorum numerus, sī cum Muha-
 medanis & idololatris illarum par-
 tium, sub quorum dominio ge-
 munt, conferantur; tum quod plu-
 rimi Muhamedani inter Christianos
 in Europa inveniantur, quos
 etiam in rationem venire nolui. Et
 hæc quidem est Christianorum ad
 Muhamedanos & Idololatras, tam
 in nostro versus ortum continen-
 te, quam in illo versus occidente,
 qui America vocatur, proportio,
 nec insulis quidem exceptis: sed si

C. 6. conti.

60 SCRVTINIVM

continens Australis seu Antarticus eius est, prout ego suppono, amplitudinis, ut nostro continente respondeat, necessario sequetur Idololatras reliquas religiones, infinitis modis superare. Ab Idololatis namque illas partes incolit, patet evidenter, tum quod in regionibus Beach ex adverso Iavæ jacentibus tales sint; tum quod in vicinis Australitarris, in Asia nepe insulis, cum promotorium Bonæ spei, & in America circa fretum Magellanicum, illi continent proimum, eiusdem sortis incolas esse sciamus. Quamvis verò ea Australis continentis amplitudo, vel inde tantum demonstrari possit, quod quantum ad latitudinem, aliquid ad ipsum æquatorem accedit, quoad longitudinem autem continuo circuitu circa terram decurrat, & reliquis continentibus obiiciatur; sunt tamen maioris momen-

RELIGIONVM. 61

momenti rationes, quæ, rem se ita habere, persuadent. Notum scilicet est, terram continentium quæ ultra æquatorem versus. Septentrionem iacent quater ampliorem esse illa, quæ ad Austrum vergit: Cum itaq; ex Archimedis regula certum sit, superficiem maris æqualiter à centro aquæ distare, & posse.

propter hanc æqualitatem æquoris & aquæ nomen apud Grammaticos obtinuisse: cum ex Philosophorum regula sciamus, terram æqualis ex utraque parte centriponderis esse: cum denique constet, unum aquæ & terræ esse centrum: necessariò etiam sequetur, eadem proportione & mensura terram extra aquæ superficiem emergere: in Australi parte debere, quâ in Septentrionali emergit, & per consequens, quod deest in Australibus duarum illarum continentium partibus ad servandum illis que ad Se-

*Archimed.
de insidente.
aqua l. 1. pro-
pos. 2.*

*Varro L. L.
l. 6. Isidor.
Orig. l. 3. c.
12.*

C 7 pten-

ptentriōnem vergunt æquilibriū,
quod ad tres quintas utriusque re-
duci potest, in Australi continenti
reponendum esse, ut omittam to-
tum illum tractum qui Arctico po-
lo circumiacet, ultra Scythicum
seu Sarmaticum mare, cui etiam
in Antarctica æquivalens consti-
tui debet. Nec video quid in con-
trarium obiici possit, nisi forte a-
liquis imaginetur, vel Oceanum
ultra æquatorem versus Austrum
vadofum esse, quod navigantium
experiencię repugnat; aut quod
terra istius continentis, altius ca-
put suum ex mari extulerit, quām
duarum illarum, & sic p̄d sit ra-
tione molis non ratione circu-
tus; aut quod terra ultra æquato-
rem versus Austrum ponderosior
sit illa, quæ ad Septentriōnem ja-
cet, quod nullā ratione ostendi
potest. Ausim itaque concludere
continentem Australē, longē
majo-

*Australis continent major est
longe eu q expresso conspicit.*

RELIGIONVM. 63

majorem esse quam hactenus à quoquam in tabellis Geographi-
cis expressus fuit. Et hic est mo-
dernus Christianitatis status, hæc
ad alias religiones proportio. Iam
de diversis Christianorum in orbe
sectis agemus, earumque specia-
les characteres quibus à se invi-
cem differunt explicabimus.

C A P V T VI

De secta Græcorum.

Sectarum inter Christianos O-
rientales, quæ alicuius sunt no-
minis, numerantur undecem,
Græcorum nempe, Melchitarum
seu Syrorum, Georgianorum
Moscovitarum seu Russorum, Ne-
storianorum, Indorum seu Chri-
stianorum S. Thomæ, Jacobita-
rum, Coptitarum, Armeniorum,
Abyssinorum & Maronitarum.

Sectæ Orient.
xi.

Ex his.

SCRVTINIVM

64

Ex his undecem, tres sunt præci-
puæ, Græcorum, Iacobitarum, &
Nestorianorum, à quibus reliquæ
vel maxima ex parte dependent,
vel minima abeunt. Græci subie-
cti sunt Patriarchæ Constantino-
politano, cuius iurisdictioni, in A-
sia quidem, Christiani qui Natoliā
(Armeniam minorem & Ciliciam
excipe) Circassiam, Mengreliam,
Russiam; in Europa, qui Græciam,
Macedoniam, Epirum, Thraciam,
Bulgariam, Rasciam, Serviam, Bos-
niam, Valachiam, Podoliam, Mos-
coviam, nec non omnes Ægæi ma-
ris, & alias Græciam cingentes in-
sulas, ad Corsicam usque incolunt;
non exclusis illis, qui bonam Po-
loniæ partem, nec non Dalmatiæ
& Croatiae portiones Turcico im-
perio subiectas, occuparunt, sub-
sunt. Occasiones tam vastæ iuris-
dictionis aliquot invenio. Nam
Prima, quod ex primæva consti-
tutio-

Belloni Ob-
serv. li. c.

350.

XV.
Patriarchæ Consta-
tinop. jurisdictio ampla
erquare.

Council.
Chalced. c.
28.

tutione eaque à Concilio Chalcedonensi confirmata, subiectæ sint ei tanquam novæ Romæ Episcopo, omnes Thraciæ & Anatoliæ provinciæ Isauria & Cilicia, quæ Patriarchæ Antiocheno debebantur, exceptis, illæque viginti quinque. Altera in submissionem Græcorum spontaneam postquam ab Ecclesia Latina discessissent, coniici potest. Tum enim non tantum Græcia, Macedonia, Epirus, Candia, & quædam circa Græciam insulæ, (septem omnes provincias faciunt) eius iurisdictioni cessere, sed & Siciliam cum Calabria, per Novell. sat longum tempus eandem agno- Leon. de or-
visse, tum ex Novella Leonis So- dine Metro-
phi, in qua de ordine & præceden- pol. in l. 2.
tia Metropolitanorum ad istum tom. i. iuris
Patriarchatum pertinentium agi- Orient. Cu-
tur; tum ex constitutione Andro- ropol. de of-
nici Palæologi, Ceuopalatæ, in sic. Palat.
qua Metropolitani Syracusarum, Constantin.

Cata-

Catanæ, Rheygij, Severianæ, Rosiæ, Hydrunti, inter Metropolitanos huius jurisdictionis reponuntur.

Cromer. de Script. Po- Tertia Septentrionalium regionum à Thracia ad Russiam & Scythicum Oceanum, ad Christianiæ religionem conversioni, quæ per Constantinopolitani Patriarchæ suffragancos & ministros procurata est, quod & Romani Episcopi in occidente fines protulit, debetur. Quartam, in Occidentalium quarundam regionum, quarum Ecclesiæ, Romano Pontifici suberant, occupationem cōficio. Cum enim bona pars sacerdotum metu Turcarum Ecclesias deseruisset, & Patriarcha Constantinopolitanus novos substituisse, factum est, ut pedentim Græcæ religioni assuererent. Præcipui & proprii huius religionis Characteres, minimas, vel in ipsis ceremoniis differentias describere tñdiosum,

lon. l. 1. Heidenstein. de bello Moscov. vit. l. 1.

Gnaguin. de Script. Moscov. c. 2.

RELIGIONVM.

67

sum, & absque usu foret) collatio- ^{1. Concil.}
ne cum Ecclesia Romana facta, ^{Florent. sess.}
sunt isti.

1. Credunt Spiritum S. à solo Pa- ^{18. Jerem.}
tre procedere.
2. Nullum dari purgatorium. ^{Patriar. 30.}
3. Sacramentum Eucharistie ^{Responso. I.}
sub utraque specie esse admini- ^{ad German.}
strandum.
4. Fermentatum panem in eo ^{c. i.}
adhibendum, nec posse effectuali- ^{2. Concil.}
ter in azymo consecrari. ^{Florent. Ra-}
^{spons. Gra-}
^{cor. ad Car-}
^{din. Guisan.}

5. Reiciunt extremā vunctionē.

6. Sed & Confirmationem.

7. Negant Sanctorum animas ^{dem. 10. c.}
ante diem judicii Benefica Dei vi- ^{21.}
sione frui, aut impiorum in infer- ^{5. Poffervin.}
no torqueri. ^{dereb. Moſt.}
^{cov. p. 43.}

8. Admittunt matrimonium fa- ^{6. Idem l. c.}
cerdotum, non quod liceat post ^{p. 40.}
ordinationem uxores, sed quod ^{7. Iter. Res.}
ante ordinationem duas liceat ^{c. 21.}
retinere.

9. Ma- 8. Tom. V-
nion, inter Novel. Constant. Porphyrogenit. Tom. II. iste-
ris Orient. l. 2. Zonar. Annal. Tom. 3. in Imp. Leone Philo.

9. *Reffons.* 9. Matrimonium quartum tan-
Gracor. ad quam rem intolerabilem omnino.
Guisan. qu. prohibent, adeò ut quosdam Im-
 8. *Possev. de* peratores à Patriarchis ideò excō-
reb. Moscov. municatos legamus, etiam eos qui
p. 44. in triplici coniugio nullam susce-
 perant prolem.

10. *Possev. l.* 10. Religiosum statuarum u-
e.p. 41. & sum reiiciunt, sed imagines pictas.
 42.

11. Diem Sabbathi proferiato-
 habent, carnes in eo manducant,
 jejunium verò prohibent, eum qui
 festum Paschatos proximè antece-
 dit, si excesseris.

12. *Possev. l.* 12. Ieiunium quatuor tempo-
e.p. 42. rum observant.

13. *Nilus de* 13. A suffocato & sanguine ab-
primatu Pa- stinent.

pe. Barlaam. 14. Primatum Episcopi Roma-
de primatu ni non agnoscunt, Ecclesiam verò
Papa & alij. Latinam pro schismatica, per hos
 14. *Possev.* de Reb. Mos. quingentos annos, ut ex Sigeberto,
euv. p. 38. & Leonis IX. Epistolis videre est,
 habue-

habuere & adhuc habent, eandem-
que à communione excludunt. *Sigebert. in Chron ad A. 1504.*
Qui plures Ecclesiæ Græcæ à Ro-
mana differentias nosse cupit, is *Leonis IX. Epistola ad Episcop. Cōstantinop. & Eridan.*
Possevinum de rebus Moscovix
consularat.

C A P. VII.

De Syris seu Melchitis.

SYrorum seu Melchitarum se-
cta, numerosissima in toto Ori-
ente, si Botero fides, esse putatur. *Boter. Re-*
Syrorum ipsis nomen, Tyrus civi-
tas, Phœnicijā lingua Tzur dicta, *lat. p. 3. l. 2.*
dedit. Saram antiquitus vocatam *Gellius l. 14.*
cl. Festus in dit. Sarra.
Gellius author est. Locum ubi ste-
tit (ante trecentos annos deleta *Vitriac.*
est) Portum Surnunc appellari, a- *Hist. Or. e.*
pud Vitriacum, Postellum & Ni-
grum legimus. Nomen hoc, vel *43. Niger. in Comm. 4.*
quod in petra ædificata fuerit, ut *Asie.*
Burchardus oculatus testis prodi-
dit; *ria p. 50. descript. Sy-*

Burchard.
descript. ter-
ra sancta.
Hieron. in l.
de Nomi-
nib. Ebraic.
Plin. l. 5; 6.
29.

dit; id enim Tzur Phœnicia lin-
guâ significat; aut quod angusto
nimis loco, ut Hieronymo placet
(novendecem millaria insulam in
circitu habuisse, Plinius author-
est) sita fuerit; aut quod munitif-
sima illarum regionum, tam natu-

ra, quia mari cincta (ante Alexan-
dri tempora septingentis passibus
à continente distabat) quam arte,
eademque populosissima, tanquā
Phœnicia Metropolis & opulen-
tissima crederetur, fortitafuisse vi-
detur. Melchitæ dicuntur, quod in
religione sua exempla & decreta
Imperatorum sequantur. Cum e-
nim post Concilium Chalcedonæ-
se, quod Euthychis & Dioscori o-
pinionem de una in Christo natu-
ra damnavit, tammulti à partibus
istorum starent, ut Leo & aliquot
ipsius successores, subscriptiones
concilii huius ab Episcopis repo-
scere cogerentur, factum est, ut il-
li qui

li qui decreta Imperator. secuti,
concilium amplectentur, à suis
adversariis Melchitæ, seu Melchi *Niceph. His*
ut Nicephorus ait, vel potius Mal-*Eccl. l. 18. c.*
ca, quod Regem significat, voca-
rentur, ipsis, in duodecem primò,
mox plures sectas, ut Nicephorus *Niceph. l. 17. c.*
refert, scissis. Etsi verò Syri isti seu *c. 45.*

Melchitæ religionem Græcorum
in totum sequantur, † iisque com-
municent: non sunt tamen sub iu-
risdictione Patriarchæ Constanti-
nopolitani, sed Archi-Episcopi
Damasceni, qui Patriarchæ Anti-
ocheni titulum gerit. Quia enim

Antiochia, sub nomine Αντιόχειας
diu nota, ubi Christianorum nomē [†] Bellon.
primum exortum est, nunc tempo-
ris in ruinis, & in multos pagos, ^{Obser. l. c.} Chitra. do
quorum unus sexaginta domos cū ^{statu Eccl.} p. 5. Boter.
unico Christianorum templo ha-
bet, abiit, sedes Patriarchalis, ^{Rel. p. 3. l. 2.} Da-
mascum, ubi mille ^{Crus. Tur-} Christiano-
rum domus, translata est, ibidēq; ^{cogr. ac. l. 4.} p. 291.
† Boter. l. c.

nunc

72

SCRVTINIVM

nunc manet. Quamvis verò Patriarcha Maronitarum & Iacobitae
† Boser. Re- rum, † quorum ille in Libano, hic
in Mesopotamia residet, Patriarcharum Antiochenorū, titulum
gerant, & pro talibus à suæ sectæ
Christianis habeantur : Melchitæ
tamen, qui antiquam Syrorum re-
ligionem retinent, eos pro Schismatice habent, quasi à commu-
nione eis Patriarchæ secesserint.
Quin & Pontifex Romanus quartum
designare solet. Nam quia, &
per LXX. illos, quibus Latini Con-
stantinopolitanum imperium quod
Annum MCC. invaserunt, & per
LXXX. illos quibus Principes Oc-
cidentales Palæstinam tenebant
annos, Patriarchæ Constantino-
politani, Antiocheni, & Hierosolymitani à Papa consecrabantur:
ideò & post illa, Ecclesia Romana,
successores, Patriarchas Constan-
tinopoleos titulares creare solet.

CAP

C A P. VIII.

*De Georgianis, Circassis, &
Mengrelis.*

Georgiani incolunt terras inter Pontum Euxinum & mare Caspium iacentes, quæ olim nomine Iberiæ veniebant. Clauduntur ab Oriente Media, Schervan, ab Occidente Mengrelia seu Colchi-<sup>Volaterrano.
l.ii.c.de sect.</sup> de, ab Austro Turtcomania seu ^{Syria.} Armenia maiore, à Septentrione Prateol. de Albania, quæ & Zuiria dicitur. Pu-^{sect. heret.} tantur vulgo nomen à S. Georgio, ^{in verbo} quem Patronum agnoscunt; & cu-<sup>Georgianis.
Mela.l.i.</sup> ius imaginem in vexillis gerunt ^{c.2.} sortitos, sed quia Georgianorum Plin.l.6. in his partibus in Mela quoque &c.13. Plinio fit mentio, falsam eam opini-<sup>Paul.Venet.
l.i.c.14.</sup> onem esse iudico. Religione in Chitraus de quod attinet, eadem in substantia statu Eccl. & Ceremoniis cū Græca est. Non p.23. &c.50.

D sub-

SCRVTINIVM

74

subfunt tamen Constantinopolitano, sed proprium Metropolitā, cui XVII I. Episcopi parent, quiue in Monasterio S. Catharinæ in monte Sinai hābitat, habent. Mēgrelii & Circassii, Colchi & Zychi

olim, qui inter Georgianos & Tannain ad littora paludis Maeotis & Ponti Euxini sedent, Græcæ qui
 † Bellon. dem sunt religionis, & † Constan-
 Obſl. I. c. 35. tinopolitano, quia à Cyrillo & Me-
 Miechov. de-
 Sarmat. l. I. thodio eius legatis, ad Christia-
 c. 7. nismum sunt † conversi, subfunt;
 † Interiano sed eam multis phantasmatibus de-
 della vita de pravarunt. Nam nec infantes ante
 Zychi c. I. Anan. Fabr. octavum annum baptizāt: nec an-
 2. del mondo te xl. vel lx. id est, illam ætatem
 erat. 2. Bo- qua ad rapinas inepti redduntur,
 ter. p. 3. l. 2. Nobiles imprimis, templa ingredi-
 untur, sed Liturgiam foris audiūt.
 Sic juventutem per furtā transi-
 gunt, senectutem devo-
 tioni consecrant.

CAP.

C A P. IX.

De Moscovitis & Russis.

Zonar. A. n. l. 3. Cro-
mer. de reb.
Polon. l. 3.

Moscovitæ & Russi, ex quo o-
pera Græcorum Christianis-
mon nomen dederunt, Græcæ sem-
per erant communionis & reli-
gionis.

1. Iohan. Me-
trop. Russ.

in ep. ad E-
pisop. Rom.

Guagr. de-
script. Mo-

scov. c. 2. Sa-
cran. de er-
rorib. Ru-

I. Negant Spiritum S. à filio
procedere.

2. Sacran. I.

c. Scargal. 3.

c. 2.

3. Scarga I.

c. Guagrin

4. Ioh. Me-
trop. Russ. l.

c. Guag. l. c.

5. Sigism. de
Reb. Mosco-

6. Guagu.

l. c.

II. Reiiciunt purgatorium, sed
pro mortuis orant.

III. Sanctos ante resurrectio-
nem, Dei visione frui non cre-
dunt.

IV. In Sacramento Eucharistix l.c.
pane fermentato, & aqua calida
cum vino mista, utuntur.

V. Communicant sub utraque
specie.

VI. Panem cum vino & aqua in
calice miscet, & Cochleari utrum-
que distribuunt.

D 2

VII. Pue-

7. Guaguin.
l.c. VII. Púeros septem annorum,
utpote contra Deum peccare in-
cipientes, ad communionem ad-
mittunt.

8. Ioha. Me-
trop. Russie
Sacran. l.c. VIII. Confirmationem Episco-
pi omittunt.

9. Sacran.
l.c. IX. Specialem extremæ uncio-
nis gratiam negant.

10. Sigism. l.
c.p. 47. Pos-
sev. dreb.
Moscov. p. 2. X. Quartum coniugium tan-
quam illegitimum reiiciunt; secun-
dum permittunt quidem in totum
tamen non approbant; tertium,
nisi urgentissimis de causis, non to-
lerant.

11. Sacran.
l.c. XI. Divortia propter causas le-
viculas admittunt.

12. Sigism. l.
c.p. 28. XII. Nec Diaconos, nec sacer-
dotes nisi uxoratos ad ordines pro-
movent, sed ordinatis ducere u-
xores non permittunt.

13. Possevin.
l.c.p. 44. XIII. Imagines sculptas dete-
stantur, pictas admittunt.

14. Ioh. Me-
trop. l.c.p. 31. XIV. Ieiunare die Sabbathi non
concedunt.

XV. Nec

XV. Nec vel de sanguine, vel de ^{15. Possev.}
suffocato manducant. ^{L.c.p.42.}

XVI. Quatuor in anno jejunia ^{16. Gua-}
observant. ^{guin.l.c.} ^{17. Sigism.}

XVII. Cum Ecclesia Rom. non ^{L.c.p.33. Bo-}
communicant. Verbo conveni-^{ter Relat.}
unt in omnibus cum Græcis, di-^{p.3; l.1.}
stributionem Eucharistiæ & ex-
actionem coniugii à Presbyteris &
Diaconis si excepteris. Et sanè, cō-
munionem cum Græcis servare,
corundem Patriarchæ subfuisse,
dubitari non debet. Archi-Epi-
scopus Moscovitarum à Constan-
tinopolitano Patriarcha † olim ^{Possevin.}
confirmabatur, jam ab LXXX. præ- ^{Rerum Mo-}
ter propter annis, ab Imperatore scovit. Co-
Russiæ nominatur, & à tribus vel ^{ma, I. p. I.}
duobus suis Suffraganeis conse-
cratur, nec plures in tam ample
doctinio Episcopi, quam unde-
cim numerantur. Qui in Russia
Nigra, seu utalii volunt Rubra &
Podolia, sub Imperio Regis Polo-

D 3 nia:

niꝝ habitant: (quæ Magno Duci
patent alba dicitur) Pontifici qui-
Baron. T. 2. dem Romano, A. M. D. XCIV. se sub-
Annal. in fi- misere; salva tamen religione Græ-
ne Pessevin. ca & ritibus, ut ex Articulis, quæ
in Appar. fac. tit. Ru- apud Thomam à Iesu de conver-
shen. sione gentium l. 6. p. 3. c. 1. p. 328.
Sigism. p. 27. patet, ut non tam à religione Græ-
ca defecisse, quam jurisdictionem
Constantinopolitani Patriarchæ
excusisse dicendi sint. Quin Vil-
næ, si Sigismundo Herbersteinio
fides habenda, plura templæ, quam
ipsi Pontificii, triginta nimirum,
numerant, ut vel inde colligere li-
ceat, Romanam religionem Græ-
ca vinci professorum numero, In-
diam Orientalem & Occi-
dentalem, in qua illa
quoque viget, si
excepiris.

CAP.

C A P. X.

De Nestorianis.

Nestorianis, à Nestorio, cuius & hæresin propugnant, & institutae sequuntur, impositum nomen est. Maximam Orientis partem occupant, Muhamedanis & Paganis immitti. Taceo Babylōnem, Melopotaniam, Assyriam, Parthiam, Mediam, in plærisque Cathajæ provinciis, nempe, Caspian, Samarchan, Carchan, Chin-chintales, Tanguth, Succuir, Er-gimul, Tendu, Carajain, Mangi, &c. reperiri, eosque ex Christianis solos, Marcus Paulus Venetus author est: solos, ultra Tigrin fluvium Orientem versus, Lusitanos novos conversos, & Armenios, qui in Persiam migravere, si exceptis, experientia testatur. **Cau-**

D 4 sam,

80 SCRVTINIVM

Paul. Dia-
con. Hist.
Mosc. l. 18.

sam', quod tam longe lateque hæc
 hæresis sparsa fuerit, in Cosrhoen
 Regem Persarū coniicio, qui pro-
 dente Paulo Diacono, odio He-
 raclii Imperatoris, omnes sibi sub-
 ditos Christianos ad Nestorianis-
 mum adegit, nec quenquam Ca-
 tholicorum sub suo imperio dege-
 re passus est. Hinc factum, ut dis-
 seminato versus Orientem, Septē-
 trionem & Meridiem, Christianæ
 religionis tritico, hæ quoque pa-
 leæ simul disseminarentur: nec po-
 terat laboranti in illis terris Chri-
 stianismo succurri, quod Sarace-
 ni occupatam paulò post Persiam,
 Muhamedismo fœdassent. Regi-
 men apud ipsos Ecclesiasticū quod
 spectat, Patriarcha, cui omnes il-
 læ Orientis partes subsunt (nu-
 merum Suffraganeorum, Episco-
 porum, & Metropolitanorum a-
 pud Sanderum de visibili Monar-
 chia vide) quemque, testibus Pau-
 lo Ve-

Sander. l. 7.

lo Veneto, & Brocardo, Iacelich *Venet. l. 1.c.*
 vocant, quod Leunclavius ex no- 15. *Brocard.*
 mine Catholici detortum dicit, ni- *Descript.*
 siforte Orientales aliter pronun- *terra sancta:*
 ciant, interdum in Civitate Mo- *Leuncl. Pā-*
 sal, ad Tigrin in Mesopotamia: si- *dect. Turc.*
 ta, interdum in S. Hermetis mona- *f. 3.*
 sterio, non longe inde distante re- *Thom. à Ie-*
 fidet, in qua civitate Iacobitæ qui- *su l. 7. p. 3.*
 dem tria, Nestoriani verò xv. tem- *c. 9.*
 pla & xlm: sequacium numerant. *Miraus: in-*
 Hanc ego cum Masio & Ortelio *Notitia E-*
 putareim, vel veterum Seleuciam, *piscopat:*
 seu ut apud Plinium legitur, Seleu- *Orbis:*
 ciam Parthorum esse, tum quod *Plin. H. N. l.*
 f. c. 25.
 Strabo hanc metropolim Assyriæ *Strabo. Geo-*
 nominet, quo titulo hodie & *graph. l. 16.*
 Mosal gaudet; tūq; Nicæni Patres *Guilelm.*
 Ecclesiasticam harum partium iu- *Tyrius de-*
 risdictionem Seleuciæ Episcopo *bello sacro l.*
 commiserint, eidemque cum no- *21. c. 8.*
 mine Catholici locum ab Hiero- *Concil.*
 solymitanô proximum assignarint, *Nican. Ara-*
 quæ omnia modernus sibi vendi- *bic. l. 3. c. 33.*
& 34.

D s cat.

cat. Quod si Seleucia in ruinis suis
jacere putanda est, quod propter
certas rationes mihi probabilius
videtur: sedem tamen Patriarcha-
rum ex Seleucia in urbem Mosal
translatam esse, certum erit. Nec
enim Bagdadum seu novam Baby-
lonem, Seleuciam veterum esse,
quod Scaligero placet, credo. Cer-
te Seleuciam Strabo trecentis sta-
diis à Babylone distasse prodit, se-
ptem & triginta millaria Plinius,
cum Bagdadum ruinis Babylonis

*Scalig. ad
Chronol.
Euseb.
Strabo Geo-
gr. l.16.
Plin. H.N.
l.6.c.26.
Ptolom. Geo-
graph l.6.c.
18. ¶ 20.*

fit proximum. Ptolomæus etiam
duabus tertiiis unius gradus Septe-
trionaliorem Babylone ponit, cū
Bagdad sit meridionalior; ut ta-
ceam, civitatem Mesopotamiae Se-
l.40. leuciam à Dione vocari, cum Bag-
l.6.c.26. dadin provincia sit Babylonica,in-
Boter. Relat. fra confluentem Tigridis & Eu-
p.3.l.2. phratis sitam. Ut ut sit, in diversa
Thom. à Iesu abivisse tempore Iulii III. Pontifi-
l.7.p.1.c.3. cis; neendum hodie coaliuisse, si re-
lato-

lationibus fides habenda, dicuntur. Nam qui Septentrionales Mesopotamiæ tractus circa urbem Caramit incolunt, Patriarcham à Pontifice Romano sub titulo Patriarchæ Seleuciæ constitutum, recepero, & hodie adhuc Sedi Romanae obedientiam exhibere feruntur. Articulos ipsorum fidei quod spectat

I. In Christo duas esse personas, ut duas naturas: eundem *Vitriac.*
amen ab instanti conceptionis, perfectum Deum & perfectum hominem esse, credunt.

II. Sanctissimam virginem Mariam non debere vocari θεότοκον: *Boter. Relat.*
posse tamen vocari matrem Dei filii, dicunt.

III. Et Nestorium, qui in tertio *Boter. l. 6.*
& quarto generali concilio hæreticos damnatus est, & Diōdorū Tarsensem cū Theodoro Mopsuestano, propter Nestorianismum.

D. 6. à quin-

à quinto Concilio damnatos, pro
sanctis viris habent. Ideò tertium
Concilium generale seu Ephesi-
num, & omnia alia istud infœcta,
reiiciunt, & Cyrillum Alexandri-
num detestantur.

Vitriac.

Hift. Orient.
c. 78.

Villamont.

Voyag. l. 2.
c. 23.

Sulsk Ne-
ßorian. Pro-
fess. Tom. 4.
Biblioth.
Patrum p.

2054.
Guilelm. de
Rubruquis

Itiner. Tar-
142, c. 17.

Thomas à
Iesu l. c.

IV. Sacramentum Eucharistiae
in pane fermentato celebrant.

V. Communicant sub utra-
que.

VI. Auricularem confessionem
non adhibent.

VII. Nec Confirmationem.

VIII. Contrahunt matrimo-
nium in secundo consanguinitatis
gradu.

IX. Sacerdotibus tertium et-
iam coniugium permittunt.

X. Non habent Crucifixi i-
maginem in suis cru-
cibus.

CAP.

De Christianis Indis.

Christiani Indi, quos communiter Christianos S. Thomæ quod ab eo ad Christianam religionem conversi credantur, (corpus eius Maliaporæ in tractu Cormandel sepultum adhuc haberi censent) in vicinioribus Indiae partibus circa magnum illud promontorium, quod ab Indi & Gangis fluminum ostiis versus meridiem latera sua exporrigit ad mille ferè Anglica milliaria, donec capiti Comori occurrat, & cum eodem, inter Cambiam & Bengalam, triangulum æquilaterum faciat, in meridionalibus inquam ego illius magni promontorii partibus, in vicinia capititis Comor circa civitates Coulan & Cranganor, si oc-

D 7 ciden-

cidentem spectes, & Maliapar ac
Negapatani, si Orientem, habitat,

Summar. & si Lusitanis fides est, ex xv. aut
de popoli O- xvim. familiarum, seu ut alii com-
rient. apud putant † lxxm. hominum con-
Ramus. Vo- stant; partibus circa † Angamalem
lum. i p. 332. Barboſa eod. urbem, à civitate Cochin quinde-
volum. l. cem milliaribus Anglicis versus
312.

Septentrionem distante, ubi ma-
gna ipsorum frequentia, in ratio-

† Thomas à nem non venientibus. Regimen
Iesu de Con- Ecclæſiaſticum ſi attendas, Archi-

vers. gent. l. Episcopus ipsorum Patriarchæ
7 p. 1. c. 4. Mosalensi, ſub nomine Patriar-

chæ Babylonici, quo titulo adhuc
apud Indos gaudet, ante xlvi. & ul-

tra annos ſuberat: ut certè iurisdi-
ctionem in eos Abil Iſu Patriarcha

Sander. Vi- Mosalensis Anno M. D. LXI I. ſibi
ſibil. Mo- vendicabat, ut Sanderus prodi-
narch. l. 7. dit: poſtea à Lusitanis perſuasi, nomen

Pontifici Romano, ſed nulla in ri-
tibus & religione mutatione, per-

mittente id in Synodo Goana Pó-
tifice,

fice, facta, dedere: tandem An. possevin. in
M.D.XCIX. in Synodo, Diamperæ Apparatus
non longè à Maliapar celebrata, *sacro.*
religionem quoque Romanam re-
cepere, Nestorianismoque & Pa-
triarchæ Mosalensi, subiectis cen-
furæ Archi-Episcopi Goani omni-
bus libris, & eiectis è Liturgia quæ
Nestorianismum sapiebant, prout
in Bibliotheca veterum Patrum *Biblioth.*
noviter edita, videre est, repudiū *Veter. patr.*
misere. Quantum ad ipsorum reli-*Tom. 2. in fine.*
gionem.

I. Distribuunt Eucharistiam *Osor. de reb.*
sub utraque specie. *Emanuel.*

II. Utuntur in ea pane salito, *l. 3.*
& loco vini, quod nullum in In- *Barbosa a-*
dia, uvarum passarum in aqua per *pud Ramus.*
noctem maceratarum, & expressa-
rum succo. *Navigat.*

III. Non baptizant infantes *Josephi Indi-*
ante quadragesimum diem, nisi pe- *in Navigat.*
riculum mortis interveniat. *novi orbis.*

IV. Non *p. 534.*

Idem. ibid. IV.. Non adhibent extremam
unctionem.

Possevin. l.c. V.. Sacerdotes habent uxora-
tos, sed excluduntur à secundo
matrimonio.

Ioseph. citat. VI.. Non habent in templis i-
magines, sola cruce contenti.
6.1330.

Possevin. l.c. VII.. Detestantur Cyrilum A-
lexandrinum, Nestorianorū mal-
leum: Nestorium verò & Diosco-
rum ut Possevinus scribit, (Dio-
dorum fortè volebat dicere, Dio-
corus enim unam duntaxat natu-
ram in una persona agnoscet, cū
Nestorius duas personas in dua-
bus naturis crederet) pro sanctis
habent.

Possevin. l.c. VIII.. Primum Pontifici Ro-
mano denegant.

*Widman-
stad. prefat.* IX.. Novum Testamentū quod
in Syriacā lingua in templis legūt,
*Testam.
Syriaci.* eos corrupisse, ne patrocinio suā
hæresēos destituerentur, Possevi-
nus, sed falso, prodidit. Sane ex-
dem

dem illæ corruptelæ, quas ad vul-
 gatam editionem exactas, ipsis ob-
 uicit, in nostris quoque Syriacis ex-
 emplaribus, reperiuntur, quæ ad
 autographum ex Mesopotamia in
 Europam à Patriarcha Iacobita-
 rum missum, à Mose Mardeno ex-
 cusa sunt. Ut ut sit, tam antiquam *Syriaca Verio.*
 versionem Syriacam esse, ut S.
 Marco adscribi deberet, quod Sy-
 ris, prodente Bellarmino & aliis, *Bellarmin.*
 placet, ut credam, induci non pos- *l. de verbo.*
 sum. Nam, primo, Marcus mor- *Deil. 2. c. 4.*
 tuus est octavo Neronis anno, ut *Marcus Euag.*
 Hieronymus & alii testantur. At *Hieronym.*
 qui multi N. T. libri, ut Iohannis *in script.*
 Evangelium, Acta Apostolorum, Ecclesiast.
 Epistolæ ad Galatas, Ephesios, *Erasm. Be-*
 Philippenses, Colossenses, Phile- *za. Iunius:*
 monem, & secunda ad Timotheū, *in notis ad*
 post illud, demum tempus scripti *locum pra-*
 sunt. Deinde, Nulla fit Syriacæ
 versionis in scriptis veterum au-
 thorum qui in Oriente vixerent, &
 dili-

diligentissimè in diversas Sacrae Scripturæ editiones inquisivere, mentio. Denique, si vocabula Syriacæ versionis, cum vocabulis Syris, prout ab Apostolis in Græca editione citantur, quæque Hieronymus collegit, conferantur; videbimus Dialectum posterioris longè quam Apostolorum ætatis esse. Exempli gratia,

Hieronym. Matth. vi. 25. Mamouno, γαββαδᾶ
de nominib. Iohan. xix. 13. Gephiptho; γολγοθᾶ
Ebraic., Matth. xxvii. 33. Gogoultho: ἀκελ-
δαμα Actor. i. 19. Chalcademo,
μαργνιδᾶ i. Corinth. xvi. 22. Moraneto. Uno verbo, nullum est fe-
rè nomen, quod non à veteri illa
pronunciatione, seu in vocali-
bus, seu in consonanti-
bus, seu in utroque
beat.

CAP.

C A P. XII.

De Iacobitis.

Iacobitarum nomini, Iacobus
Zanzalus Syrus, se^ctæ Eutychia-
 næ strenuus defensor & propaga-
 tor, qui circa Annū Christi DXXX. vixit, originem dedit, si Nicepho-
 ro & Damasceno credimus. Hoc
 nomine hodie adhuc, in Cypro,
 Mesopotamia, Babylonia, & Pa-
 læstina, (Patriarcha Hierosolymi-
 tanus ibidem residens, est etiam

Iacobitarum se^ctæ, in quibus re-
 gionibus † CLXM. vel ut alii † LM. familias hæc se^ctæ occupasse dici-
 tur, veniunt, & in primis Alepum † Boter. Re-
 Syria, Amidam Mesopotamia, & lat. p. 3. l. 2.
 montem eiusdem regionis Tur di-
 etum, incolunt: imò sub diversis ti-
 tulis, per quadraginta regna, hanc
 hæresin sparsam, fama est. Patriar-
 cham

† Crus. in
 Turcogra-
 cial. 4. p.
 297.

Breitbach.
 in peregr.
 Vitriaco
 Hist. Ortenz.
 c. 76.

cham eos proprium à longo tēm-
pore habuisse, vel exinde patet,
quod ipsius sub temporibus He-
raclii in Paulo Diacono fiat men-
tio. Habent & Ecclesiam Patriar-
chalem in monasterio Saphran di-
cto, prope Merdin urbem, in Se-

*Paulus Dia-
conus Hist.
Miscella. l.
18.*

*Miracu- in
Notitia Epi-
scop. Orb.
p. 35.*

ptētrionalibus Mesopotamiae par-
tibus: Patriarcha verò in urbe Ca-
ramit, quæ veterum est Amida,
Mesopotamiae ut ex subscriptione
Conciliorum patet, metropolis,
& ideò Caramit, id est, nigra Ami-
da vocatur, quod mœnia ipsius ex
nigro sunt exstructa lapide, quæ
que maximam partem à Christia-
nis incolitur, residet. Antequam
Eutychianismus, in tantum præ-
valeret, ut Concilium Chalcedo-
nense reiicerent, Patriarchæ An-
tiocheno, cuius authoritas, ut ex
secundo Concilio videmus, Dio-
cēsibus Orientis circumscribeba-
tur, suberant. Ideò & Patriarcha-

Iaco-

*Concil.
Chalced.
Actione 1.
Concil. Cō-
stant. 1. Con.
2.
Notitia Pro-
vinciar.*

Jacobitarum, qui semper Ignatii nomen gerit, titulum quoque Patriarchæ Antiocheni sumvit. Eadem se, & Hierosolymitanus, ex Jacobitarum quoque se et a submitit, sive veterem obedientiam, (Episcopi Hierosolymitani ante Concilium Chalcedonense, Antiochenum Patriarcham pro superiore agnoscebant, ea in Patriarchatum An. DXL. erecta, tres quoque provinciæ Palæstinæ cum cōsensu Patriarchæ Antiocheni, sedi huic ademptæ, & Hierosolymitano Patriarchæ attributæ sunt) quodammodo renovat, & postliminio quasi reducit. Quantum ad ipsorum religionem.

I. Unam duntaxat naturam, unam voluntatem in Christo, & operationem agnoscunt. Ideò uno dì signum crucis formant, cū aliis in Oriente Christiani duobus id faciant.

II. In-

Mirans No-
titia Episc.

Orbis c. 36.

Concil.
Chalced.
Actione 7.

c. 76.

*Saligniac.**Itin. r.**Tomo 8. c. i. do in brachio, ferro ignito inu-**Thomas à runt.**Iesu l. 7. p. I.**Circum. f. & m.**c. 4. p. 108. iii.**Bucebing.**Hist. Eccles.**p. 2. p. 331.**Peccata sua Deo soli pl-**rumque, sacerdoti rarò confiten-**itur, ita, ut multi absque confessio-**ne auriculari communicent.**Thom. à Te-**su l. 7. p. 1. c.**23.**Saligniac.**Itin. T. 8.**c. 23.**Catechism.**Jacobitar.**Infantibus baptizandis cru-**cem aliquando in fronte, aliquā-**do in brachio, ferro ignito inu-**runt.**Circumcisionem in utroq;**sexu usurpant.**V. Nec purgatorium, nec pre-**ces pro mortuis admittunt.**VI. Pane azymo in Eucharistia**utuntur, eandemque sub utraque**specie celebrant.**VII. Sacerdotibus uxores du-**cere concedunt.**VIII. Iustorum animas in ter-**ris ad diem iudicii manere, ibidem-**que secundum Christi adventum**expectare credunt.**IX. Angelos ex duabus substan-**tiis, igne nempe & luce constare**dicunt.**X. Diof-*

RELIGIONVM. 95

X. Dioscorum & Iacobum Sy-
rum tanquam sanctos honorant, *Thomas à
Iesu l. 7. p. 1.*
sed Eutychen hæreſeos damnant. *c. 14.*

Puto tamen errorem primariū,
& qui secedendi ab Ecclesia cau-
ſam præbuit, ſeu Eutychis de una
in Christo natura hæreſi, jam
dudum maximam partem evanuiſ-
fe. *Vitriac.* *Hift. Or.*
c. 76.
in illis oris legatus, cum in hoc ne-
gocio cum ipliſ ageret, negaffe,
quod unam ſolam in Christo na-
turam agnoverent, ſcribit: inter-
rogatos verò cur uno dīgito cru-
ciſ ſignum efformarent, ſe id uno
dīgito ter facere, quod unam in
Deitate naturam, & tres in una
natura personas agnoverent, re-
ſpondiſſe adiicit. Leonhardus et-
iam Gregorii XIII. in illis partibus
legatus, Patriarcham quidem ſibi
confeffum eſſe, ſe quidem, unā tā-
tū personatam naturam, ex unionē
duarum

duarum naturarum non personatarum credere; simul tamen duas naturas in persona unitas, absque omni vel mixtione vel confusione agnoscere, nec in re, sed in terminis duntaxat à Latinis differre. Et licet, ut quidam illius temporis scriptores produnt, multi inter eos veterem illum errorem retineant: pro generali tamen & recepto accipiendum non esse, certum est.

Confessiones Iacobitarum,
† Biblioth. Veter. patrū qui in † Mesopotamia, † Ægypto,
Tom. 4. p. † Æthiopia, & † Armenia degunt,
1050. manifestè testantur, Eutychis er-

Beron. *Tom.* forem rejectum, & quod humana
6. Annal. in natura ex virgine assumpta, eius-

fine. fine. *dem naturæ nobiscum sit, & post*
† Zaga Za- unionem cum divina, absque ulla

bo apud à proprietatum mutatione, ab
Goes. eadem distinguatur,
† Confess. agnosci.

Armenior.

n. 28, 29.

CAP,

C A P V T XIII.

De Cophtitis.

Christiani qui in Ægypto degunt Cophtitarum nomine, quod non tam religioni quam regioni competit, insigniuntur. Regioni inquam. Nam & Masius *Ægyptius in* quibusdam monumen-*pecul. Syror.* tis, *Ægophti*, quod vulgo Cophti vel Capti sonat, quam appellatio-*nem* & ipsi usurpant, ut in Confessione *Ægyptiorum* apud Baro-*Baron. in le-* nium videre est, nominari obser-*gat. Eccles.* vavit; & *Ægyptum* ab insulis *Alex. Tom.* Chibth vocari, *Ortelius post The-* *6. Annal.* vetum, Gophti in Thalmude *Sca-* *Sealiger. ad* liger scribit. Taceo Drusium, qui *Eu'eb. An.* à R. Davide & R. Schelomone *1734.* *כְּפָתִי* sed non sine trajectione lite- *Drus. de* rarum *כְּתָפִי* prodidit. Religionem *trib. fest. I. 2.* quod spectat, non differunt à Ia- *c. 14.* cobitis, & observat Damascenus, *Damascen.* *de hares.*

E eos.

eosdem sectarios, qui in Agypto
Agyptii, quod ibi plurimum pa-
trocrinii illa heres de unam Chri-
sto natura invenisset, vocabantur;
in Syria de nomine Iacobi Syri, Ia-
cobitas appellatos fuisse: & vel
hodie Severi, Dioscori, & Iacobi,
primariorum huius haereses pa-
rentum in suis liturgiis, honoris
ergo meminere. Sequentia de his
annotata sunt.

Boter. Relat. I. Utuntur circumcisione non
p.3.l.3. tam forte religionis quam con-
Thomas à suetudinis apud illam nationem
Iesu de con-
vers gent. l. recepte gratia, quae tamen sua-
I.p.1.c.6. Pontificii ad Synodus Cairen-
sem legati, abrogata esse, Anno
MDLXXXIII. dicitur.

Thomas à II. Conferunt inferiores sacer-
Iesu l.c.p.1. dotii Ordines etiam infantibus,
6.5.
13. Sponsores in etiam post Baptismum, parenti-
fanticum p. fide
u. facientio. bus ipsorum loco spondentibus,
donec ad decimum sextum ætatis
annum pervenissent, quod castita-
tem.

tem servaturi, & ieunia dierum Mercurii, Veneris, & quatuor annis temporum, observaturi essent. Nullius efficaciam Baptismum esse putant, qui à sacerdote, & quidem in templo administratus non esset, quacunque tandem necessitate interveniente.

III. Non baptizant ante quadragesimum diem suos infantes, *Thomas à Jesu ibid.* etiam si periculum mortis intercurrat.

IV. Eucharistiam sub utraque specie exhibent. *Thevet. in Cosmogr. de Levant*

V. In eadem pane fermentato ^{248.} utuntur.

VI. Eandem infantibus, statim post Baptismum offerunt. *Infantilis baptizing in infantilem Eucar. Codex p. 109. 117. 122.*

VII. Aegrotis nec Eucharistiā nec extremam unctionem conferrunt.

VIII. Quamvis Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere credant, tamen, dum Symbolum

E. 2 Ni-

Nicænum recitant, verba illa, & à filio, quod & Græci faciunt, omit-tunt.

*Thom. à Ie-su de Con-versi. l. 7. p. 1.
c. 50*

IX. Nec purgatorium, nec pre-ces pro mortuis admittunt.

X. Contrahunt matrimonium in secundo consanguinitatis gra-du, absque ulla dispensatione.

XI. In solis urbibus diem Do-minicum & alios festos obser-vant.

XII. In celebratione Euchari-stiæ non elevant sacramentum.

XIII. Reiiciunt omnia Conciilia universalia quæ Ephesinū sub-secuta sunt: Concilium verò Chal-cedonense expressè damnant.

XIV. In Liturgiis legunt Ev-gelium Nicodemi.

XV. Ecclesiā Romanā hæ-reseos accusant, ideo communio-nem Latinorum non minus quam Iudæorum vetant. Et licet Baro-nius, in fine Tqmī sexti Annalium
lega-

RELIGIONVM. 101

legationem Marci Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. Pontificem, qua se Romano Papæ submisso dicitur, citet: Comper- tum tamen postea est, rebus melius examinatis, imposturam tan- tummodo fuisse.

XVI. Defendunt opinionem ^{Thom. à Leipa} de una in Christo natura, ita ta- men, ut quamvis in thesi Eutychē sequantur, in speciali tamen decla- ratione, vel hodie ab ipso abcant. Christum enim verum ac perfe- ctum Deum esse cognoscunt, du- asque naturas, divinam & huma- nam in unam abivisse, non per cō- mixtionem sed per coadunationē credunt; sedne in Nestorii hære- sin, quæ duas in Christo naturas ponit incident, duas esse in Chri- sto naturas dicere non audent. Hæc hæresis ut ab Eutychē origi- nem suam summisit, sic in multos post ramos distracta, à tempore Con-

E 3 ciliū

Concil.
Chalcedon.
Act. 3.

Evagr. l. 3,
c. 5. G. 2.2.
2.4.3.0.
Leont de-
fct. Act. 5.
Nicephor.
Hist. Eccl.
l. 16. G. 2.4.5.

cilii Chalcedonensis, in quo Eutychianismus damnatus, & Diocurus Alexandrinus Patriarcha depositus est, cum ab aliis Orientalibus Christianis, tum in primis ab Aegyptiis fota & propagata est, & quidem ita, ut non tantum aliquot Alexandrini & Antiocheni Patriarchæ, cū suis Episcopis, & Suffraganeis eam defenderint: sed & aliquot Synodos habitas, apud Evangelium, Nicephorum, Leontium, & in libro Συόδικον dicto, & à Papo in lucem protracto, legamus, in quibus decreta Concilii Chalcedonensis, cui sexcenti triginta Episcopi interfuerent, quodque à triginta provincialibus Synodis, per literas ad Leonem Imperatorem datas, ut in libro Conciliorum extat, confirmatum, & ab omnibus Occidentis totius Episcopis, receptum est, condemnata sunt. Imò, nec hodie quidem istud vulnus.

nus Ecclesiis Ægyptiacis inflictū,
adhuc in totum coaluit. Nonē-
nim ita multa abiere lustra, ex quo
cum nonnulli Iesuitæ, de hoc ar-
ticulo jussu Pontificis Romani, cū
Patriarcha Alexandrino & eius Sy-
nodo agerent, Christum quidem
verum Deum & hominem esse (si
historiæ fides habenda) respon-
sum est: duarum vero naturarum,
nullam, datâ operâ, mentionem
fecere, ne pedetentim in hæresin
de duabus personis laberentur. *Chytreus ad
Regimē Ecclesiasticum quod spe statu Ecclesie:
Etat, subsunt Patriarchæ Alexan-*
*drino, cuius sedes Alexandriâ Cai- p. 31.
rum translata est: in quibus urbi-
bus tria duntaxat sunt hodie Chri-
stianorum templa, cum Burchardi
tempore ante annos trecentos &
quinquaginta, supra quadraginta
fuerint. Iurisdictioni eius subsunt,
non tantum Ægyptii, quorum nu-
merus LM. non excedit, cum Bur-*

E 4 char-

*Boter. Re-
lat. p. 3. l. 3.*

*Baron. To-
mo 6. in fine.*

chardi tempore cccm. numerarētur, & exiguae Christianorum tam circa finum Arabicum & montem Sinai, Orientem versus, quam in Africa, ad magnam usque Syrtim, Occidentem versus, reliquiae: sed & interioris Æthiopiæ Christiani. Nec audiendus est Alvarez, qui in sua Æthiopiæ historia, Christianos Nubienses Pontificis Romani superioritatem agnoscisse, & ab ipso consecratos Episcopos habuisse scribit. Nam præterquam quod Saligniacus Pontificis Protontarius, & rerum Orientalium satis gnarus id neget, & à proprio Antistite, quem sacerdotem legis vocabant, rectos affirmet; certum quoque est nullam Ecclesiasticam Historiam seu veterem seu recentem, huius rei mentionem facere; concil. Ni- certum, Concilium Nicænum, ut cen. l. 3. c. 36. in Gelasio Cyziceno legimus, Nubiam, Patriarchæ Alexandrino assignasse;

*Alvarez
Hist. Æ-
thiop. c. 137.*

RELIGIONVM. 105

signasle; non dubium, Patriarchatum Alexandrinum medium inter Nubiam & Romanam iacere: Nubas, Iacobitas, ut Cardinalis Vitriacus & Brocardus prodidere, & baptifmus per Crucis iunctionem, quod apud Salignacum invenies ostendit, fuisse, qui Patriarchæ Alexandrino subiacebant: denique eosdem, in summa Ecclesiarum necessitate, non ad Pontificem Romanum, ad quem, si eius auctoritatem agnoverissent, confugissent, sed ad Regem Abyssinorum configuisse, ab eodemque ruinam militanti Ecclesiæ suæ suppetias pertiisse.

Vitriac.
Histor. Orient. c. 76.
Brocard. de script. terra sanctæ.

Alvar. l. c.

C A P. XIV.

De Abyssinis.

UTrum interioris Aethiopiae incolæ Abyssinorum nomen ex-

E s co acc-

Strabo Geo- eo acceperint, quod in domibus,
 gr. l.2. & 17. quas Ægyptii teste Strabone Ana-
 Plin. H. N. ses vocant habitent, & ita à Tro-
 l. 5. c. 8. glodytis, qui in cavernis & spelun-
 Solin. Poly- cis degunt, distinguantur: an ali-
 b. 17. c. 34. unde, curiosioribus indagandum
 relinquo: hoc pro certo affirmare
 possum, Iacobitas religione esse.
 Sanè Rex ipsorum sæpiissimè Prin-
 ceps Iacobitarum in historiis vo-
 catur. Nullam Concilii Chalce-
 donensis, quod hæresin Iacobi Sy-
 Litturg. AE- ri damnavit, in Liturgiis suis men-
 thiop. T. 6. ationem faciunt, cum Niceni, Cō-
 Biblioth. stantinopolitani, & Ephesni me-
 Veter. pa- minerint. Et Zago Zabo Episco-
 zrum p. 59. pus Abyssinus refert, licet Patri-
 ⚭ 65. archam proprium, quem lingua
 sua Ab-unam, id est, patrem vo-
 cant, habeant: qui à Monachis A-
 byssinis Ordinis S. Antonii Hie-
 rosolymæ residentibus eligitur: so-
 litamen ad eum dignitatis gradum
 perveniunt, qui Alexandrini Pa-
 triar-

triarchę superioritatem agnoscūt,
& ordini S. Antonii nomen dede-
re: ut interim taceam, à Patriarcha
Alexandrino Abunam futurum
confirmari, & eo titulo ornatum,
in Aethiopiam mitti: eundemque
Patriarcham, Abunę in Liturgiis
modernis præponi, proque eo
preces fundi. Vetustissimam hanc
Alexandrini Patriarchę in Abyssi-
nos authoritatem esse, in Arabico
de Concilio Niceno libro, quem
Pisanus vertit, reperire est. Ibi e-
nim, ea quę iam de Abuna Aethiopię diximus, referuntur, Ab-
una Catholici titulo donatur, ei-
demque septimus in Conciliis ge-
neralibus locus, à Seleucię nem-
pe Episcopo, qui Hierosolymita-
num Patriarcham subsequebatur,
proximus, decreto eiusdem Con-
ciliī assignatur. Specimen ipsorum
religionis hoc damus.

E. 6. L. Cir-

*Concil. Ni-
cen. l. 3: c. 36.*

Zaga Zabo I. Circumcidunt octavo die li-
derelig. Æ -beros tam fæmellas quam mares.
thiop.apud II. Diem Saturni eodem hono-
Damian. re, quo diem Dominicū dignantur.
 $\&$ Gees.

III. De carnibus animaliū quæ
in V.T. pro immundis habentur,
non gustant.

Alvar.Hist. IV. In Eucharistia pane azymo
 Æ thiop.c. utuntur, contra morem totius O-
rientis, Armenios s̄t exceperis. Ni-
Thomas à hilominus Tecla Monachus Aby-
f. 13. sinus, fermentatum semper esse in
Tecla Abyf usū, azymum, feme! in anno, nem-
sin.apud Thomam à pe die Iovis ante Paschatis festum,
lesu l. c. prodidit.

V. Communicant sub utraque
specie, stando, ad minimum singu-
lis septimanis feme!, tam Clerici q̄
Laici, idque in templo. Presbyter
panem, Diaconus vinum cochlea-
ri distribuit. Extra templū, ne Regi
quidem vel Patriarchæ communi-
care fas est. Eō die, ad solis occa-
sum usque, spuere non licet.

VI. Eu-

Suffit.sputi.

VI. Eucharistia, infantibus et- *Idem ibid.*
 iam, & quidem statim post Baptis- *& Zaga*
 sum, exhibetur. Baptizantur au- *Zabo.*
 tem mares quadragesimo, fœmi-
 næ octuagesimo die, nisi mortis
 periculum interveniat. Nec admit-
 tuntur puerperæ in templum, do-
 nec illud tempus elapsum fuerit.

VII. Unam duntaxat in Christo *Tecla Abyss.*
 naturam & voluntatem admittunt, *fin. apud*
 sed absque permissoione divinæ & *Thom. l. 2.*
p. 1. c. 13.
 humanæ substanciæ.

VIII. Animas humanas per tra-
ducem propagari opinantur.

IX. Infantes ante Baptismum *Thom. a*
mortuos, salvare credunt: tum *Iesu l. 5. c.*
quod fidelibus parentibus sint or- 8.
ti, tum quod vi & efficacia Eucha-
ristiæ à matre post conceptionem
receptæ, in utero sanctificantur.

X. Commissio peccato statim ad *Alvar. Hisp.*
 Confessionariū currunt, & sacra- *Æthiop.*
 mentū Eucharistiæ recipiunt, etiā. *c. 22.*
 si d singulis diebus faciendū esset.

110 SCRVTINIVM

Tecla Abyss. XI. Pictas imagines in templis.
apud Tho- habent, sculptas non item.
mam.

XII. Tria duntaxat generalia
Concilia recipiunt; Chalcedonen-
se , quod opinionem de una in
Christo natura rejecerit, & Dio-
corum Patriarcham damnaverit,
reiiciunt.

XIII. Nec elevant Eucharistia
dum eam celebrant sed tegunt, nec
post communionem servant.

XIV. Obstinatos peccatores
excommunicare soli Patriarchæ
competit: nec tamen est in usu, ni-
si in homicidas stringatur,

XV. Sacerdotes & inferiores
Clerici, Monachi adeò ipsi, pro-
priis se laboribus sustentant: nec i-
psis decimæ dantur, nec mendica-
re conceditur.

XVI. Episcopatus & alia Eccle-
siastica beneficia , Patriarchatu
excepto, conferre, Regis est pro-
prium.

XVII.

RELIGIONVM. III

XVII. Nec confirmationem,
nec extremam unctionem in usu
habent.

XVIII. Episcopis & sacerdoti-
bus uxores ducere licet: sed ad se-
cunda transire vota, absque Patri-
archæ dispensatione non licet.

XIX. Comedunt etiam diebus
Veneris tempore inter Paschatos *Alvarez l.
citato cap. 8.*
& Pentecostes festum intericto,
carnes: nec diebus Sabbathi per
totum annum, quadragesima ex-
cepta, iis abstinent.

XX. Singulis annis in Iacobus *Alvar. c. 13.
Reba phz.
Abyssini.*
vel paludibus die Epiphaniorum
rebaptizantur.

Circumcisionem & rebaptiza-
tionem quod spectant, videntur
hæc duo in usum, non tanquam
res ad religionem necessariæ, sed
tanquam antiqui ritus, deveniente.
Evidem circumcisionem quam
octavo die peragunt, à Iudeis ha-
bere verisimile est: sed quia utrum-
que

que sexum circumcidunt, quod Iudæi non faciunt, videntur hoc vel ab antiquis Æthiopibus, vel ab Arabibus, à quibus descendisse creduntur: (Unde Uranius apud Stephanum de urbibus, pro natione Arabum Sabæis vicina ipsos habet) habere. Sanè circumcisio-nem apud veteres Æthiopas in usu fuisse, Herodotus prodidit: fuisse eandem apud Arabas in consuetudine, eamque forte ab Ismaele & filiis Abrahami ex Kethura, inter quos Scheba recensetur, originem accepisse, passim apud scri-ptores invenies. Quòd si & reli-gionis aliquam rationem in hoc ritu habent, facere id in memoria, & exemplo Christi, qui circumci-sus est, amoris erga ipsum testandi ergò, quod Zago Zaba prodidit, credendum. Rebaptizatio, qua die Epiphaniorum, qua Christum baptizatum esse, cum multis anti-quis.

Stephan.
ωέι πό-
λεων.

Herodot. I, 2.

RELIGIONVM. 113

quis scriptoribus credunt, administratur teste Alvarezio, qui diu illis in locis vixit, à Regis tum imperantis avo, ante centum circiter & quinquaginta annos, introducta est, hocq; ritu, memoriam Baptismi Christi recolunt, quod & Moscovitis soleimne est.

*Rebaptiz.
Mosca.*

C A P. XV.

De Armeniis.

Armeniorum maximam frequentia in Emporiis nobilio-ribus, in primis in imperio Turci-
co invenies, & quia privilegium quoddam speciale manu ipsius Muhamedis subscriptum habent, plus ipsis, quam alicui ulli Chri-
stianae nationi à Turcis indulgetur. Regiones autem quas incolunt
post bell. t. de
sunt, Armenia major, (Turci Tur-
12. linguis
comaniā ex quo possedere vocat)
ultra

ultra Euphratem, Armenia minor
eis Euphratem, & Cilicia, cui Tur-
cis Carmanię nomen inditum. Re-
gimen Ecclesiasticum quod spe-
ctat, suberant olim Constantino-
politano Patriarchæ, quod illæ
provinciæ Diœceseos Ponticæ fu-
erint, quam, ut & Asianā & Thra-
cicam (tres de tredecem Diœcesi-
bus in quas totum imperium divi-
sum erat) Chalcedonense Conci-
lium Constantinopolitano Patri-
archæ seu assignavit, seu confir-
mavit. Nunc, postquam ante tē-
stola, Encycl. pora adhuc Photii, propter hære-
apud Baron. fin unius naturæ in Christo, disces-
Tom. 10. sionem fecere, duobus propriis
Annal. Anno Patriarchis, quos Catholicos vo-
⁸⁶³Catholicus. cant, Armeniæ nempe maioris &
Leonhard. minoris, subsunt. Ad illius iurisdi-
Sidon. apud ctionem clm. familiarum, & plu-
Thomam à rima monasteria pertinent, ipse o-
Iesu l. 7. p. 1. lim, Sebastiæ, quæ maioris Arme-
n. 19. niæ metropolis, sedebat, nunc in
monaste-

*Notil. Pro-
vinciar. O-
riental.
Concil.
Chalced.
Can. 8.*

Photii Epi-
stola, Encycl. pora adhuc Photii, propter hære-
apud Baron. fin unius naturæ in Christo, disces-
Tom. 10. sionem fecere, duobus propriis
Annal. Anno Patriarchis, quos Catholicos vo-
⁸⁶³Catholicus. cant, Armeniæ nempe maioris &
Leonhard. minoris, subsunt. Ad illius iurisdi-
Sidon. apud ctionem clm. familiarum, & plu-
Thomam à rima monasteria pertinent, ipse o-
Iesu l. 7. p. 1. lim, Sebastiæ, quæ maioris Arme-
n. 19. niæ metropolis, sedebat, nunc in
monaste-

monasterio Ecmeazin propè ci- Miraus No-
vitatem Ervan residet, quo pro- titie Episc.
pter bellum inter Persas & Turcos Orbisp. 36.
sedem transtulit. Ad huius inspe-
ctionem xxm. familiæ spectant. I-
pius sedes olim Meliténe, provin- Concil.
cix illius metropolis, nunc Sis, non Chalced.
procul à Tharso Ciliciæ; medium Actione Ia
iurisdictionis interstitiū Euphra-
tes est. Quod autem Otto Fri- Otto Fri-
gensis ex relatione legati Patriar- sing. l.7. c.
chæ Armenii ad Pontificem Ro- 32.
manum, mille quondam Episco-
pos ei subfuisse scribit, metuo, ne
communionem cum iurisdictione
confundat. Illam si attendas, quia
idem de Christo cum Jacobitis
dogma tenent, cōccdi aliquid mo-
do potest. Si hanc, verisimile omni-
nō esse non potest. Iurisdictionem
certè Armeniæ quatuor provinci-
is inclusam fuisse, omnes omnino
authores testantur, in quibus tan-
tum Episcoporum numerum fuis-
se quis;

se quis credat? Catalogus verò Episcopatum Armeniorum in Novellis Leonis Sophi, ubi de præcedentia Metropolitanorum agitur, Cilicum in Guilelmo Tyrio, ultra triginta non fuisse ostendit. Nec quicquam Armeniarum in quatuor provincias à Iustiniano divisio juvat. Reductas enim easdem ad duas, ex citatis Leonis Novellis patet: & posito non fuisse, quomo^do quæso mille & ultra in quatuor provinciis esse poterant? Religio nem iporum quod spectat.

I. Dicuntur unam duntaxat in Christo naturam credere, non quod divina cum humana confusa fuerit, ut Eutyches docuit, sed quod utraque ita coaluerit, ut ex duabus una duntaxat in Christo sit, quemadmodum homo ex anima & Corpore componitur. Apparet tamen ex confessione Armeniorum, quæ jussu Catholici, id est,

Tomo 1. I. 14.
ris Orient.
l. 2.

Guilelm.
Tyriss de
bello sacro
l. 14. c. 12.
Novel. 31.
c. 1.

Nicephor.
Hist. Eccl. l.
18. c. 53.
Confess. Ar
men. Art.
26. 27. 28.
29. 30.

est, Patriarchæ Armenii ad Patriarcham Constantinopolitanum de Trinitate, ante annos circiter octoginta scripta est, errorem hunc apud ipsos evanuisse.

II. Credunt Spiritum S. à solo Patre procedere.

III. In Eucharistia adhibent panem azymum.

IV. Negant verum Corpus Christi realiter in Eucharistia, sub speciebus panis & vini adesse; nec miscent aquam & vinum in eadem, quod ipsis à Concilio generali sexto in usu.

V. Infantibus statim post baptismum exhibit Eucharistiam, quia baptismum absque Eucharistia conferri non posse existimat.

N.B. p. 99. 109.
VI. Non credunt sacramenta conferre gratiam.

VII. Reiciunt purgatorium & preces pro mortuis.

Alphons. à

Castro l.s.

cōtra heres.

Nicephor.

l.c.

Liturg. Ar-
menior. a.

pud Cossan.

Nicephor.

l.c.

Guido sum.

de heresib.

Boer. de

morib. gent.

l.2. c. 10.

Guido in

sum. de ha-

resib.

Belon.

Obs. l. 3.

Boem.l.c.

VIII. Non credunt animas pio-
rum frui beatitudine ante diem ex-
tremum.

*Burchard.
descript.ter-
ra sancta p.
z.6.2.6.9.*

IX. Coniugium sacerdotum ad-
mittunt; immo, si Burchardo cre-
dendum, soli uxorati seculares sa-
cerdotes esse iubentur. Ab Eccle-
sia Latina transeuntes rebaptizat,
sed eisdem ad secunda vota transi-
re non permittunt.

*Vitriac.
Hist.Orient.
c.79.*

X. Abstinent ab esu imimundo-
rum animalium.

Vitriac.l.c.

XI. Diebas Veneris qui diei
Paschatos & Ascensionis interiici-
untur, carne vescuntur.

*Boyer.Relat.
p.3.4.2.*

XII. Ieiunium quadragesimale
strictissime observant, nec quic-
quam de ovis, lacticiniis, carne, o-
leo, vino, &c. gustant, solis radici-
bus, herbis, fructibus, & pulte con-
tentii.

Vitriac.l.c.

XIII. Diem Nativitatis Christi
die xxv. Decembris non celebrant,
sed in eajejunant; & loco eius, di-
es Ba-

RELIGIONVM. 119

es Baptismi Christi , die Epiphania
niorum festa est.

XIV. Festum Annunciationis Borei. l. c.
Mariæ vi. Aprilis , purificationis
xiiii. Februarii celebrant.

C A P. XVI.

De Maronitis.

MAronitæ, non à Marone hæ-
retico, ut quidam falsò pro-
didere, sed à sancto quodam viro,
ita vocantur. Monasterii ipsius no-
mini dicati, Conciliorum libri me-
minere ; appellatione, foli olim
Monachigavisi sunt. Haud pau-
cos Demasii, Tripoli, Alepi in Sy-
ria, & in Cypro invenies; maximè
tamen montem Libanum incolat.
Quamvis autem is in circuitu DCC.
milliaria, (Anglica intellige) cō-
prehendat, & à solis Maronitis ex
singulariindultu , pro quo, ut se
immū-

Prateol de
sect. heretic.

Concil Con-
stant. sub
Men. Act. 3.

immunes à Turcarum commercio
præstent, ingens Turcæ tributum
pendunt, incolatur: vix tamen ul-
tra **xiiii.** familiarum excedunt.

Possevin in
Apparatu
sacro.

Boter. Re-
lat. p. 3. l. 2. c.

de Mæron.

Brocard. in
descript. ter-

re sanctæ.

Tacit. Hist.

l. ult.

Gerund. l. 1.

Paralipom.

Hispæn.

Isidor. Orig.

l. 34. c. 8.

Theophrast.

Hist. Plant.

Plin. H.N.

l. 12. c. 14.

Causa, eius partim asperitas, par-
tim altitudo, quæ inaccessum mul-
tis in locis facit. Tam continuis i-

dem tegitur nivibus, ut nunquam

ferè, teste Tacito & Postelio, quā-

vis satis illud clima calidum , dif-

fluant; imò nomen abinde , (נָבֵל

apud Ebræos , album significat)

ut supremus Pyrenæorum teste

Gerund. l. 1. Gerundensi, cani, Alpes , Festo

Paralipom. ita volente à Sabinorum Alpum,

quod idem quod Romanis album,

Alpium, (malè Isidorus à Αιβάνῳ

seu thure deducet, cum nemo id in

Libano colligi vel dixerit vel fo-

mniarit , Theophrastus etiam &

Plinius in sola Arabia felice habe-

ri scribant) obtinuisse credatur.

Patriarcha ipsorum qui est ordinis

S. Antonii Monachus , exrcet ju-

rilli.

RELIGIONVM. 121

jurisdictionem in octo vel novempeſſevin.
Episcopos, & plerumque in monin Apparatu
te S. Antonii in monte Libano, asacro.
liquando & Tripoli residet: NoBotero Re-
men Petri gerit, & titulum Patri-
archæ Antiocheni sibi vendicat. Poffevin. l.c.
Religionem quod spectat, acceſ- Thomas à
ſere R.E. Clementis VIII. tempo- Iesu de con-
re ſoli, Indoſ ſi excipias, ex Orien- verſ. gent. l.
talibus: habentque Romæ ſemina- 3.c.3.
rium à Gregorio XIII. eretum, in
quo ipſorum iuventus in hac reli-
gione instruitur. Antequam in eas
partes transiſſent,

I. Spiritum S. à solo Patre pro- Thomas à
cedere credebat. Ieful. 7.p.2.

II. Omnes ſimul animas à prin- cipio fuifſe creas, opinabantur.
Idem l.c.

III. Infantes masculos simul Idem l.7.p.
baptizare, piaculum erat. 2.c.5.

IV. Hæreticos ad Eccleſiam re- Idem l. 7.f.
duces rebaptizabant.

V. Infantem, contactu matris 1.c.6.

F puer-

Idem l.c.

puerperę fedari dicebant. Ideò eū, nec ante purificationem, quæ post quadragesimum diem, si infans erat masculus, post octogesimum si fæmella, fiebat, baptizabant.

Pessevin. in Apparatu sacro.

*Thom. à Ie-
sul. 7. p. 2.
c. 6.*

Idem l.c.

*Idem l. 7 p.
r. c. 5.*

*Vide sequen-
tes articul.
apud.*

*Pessevin. &
Thomam à
Iesu.*

VI. Sacramentum Eucharistię
sub utraque specie administra-
bant.

VII. Fermētatum panem in celebrazione Cœnæ adhibebant.

VIII. De massa panis consecrata, unicuique particulam, cum verborum, gratias egit, fregit, &c. pronunciatione, porrigebant.

IX. Idem sacramentum infantibus, post baptismum, & ante rationis usum, offerebant.

X. Servare sacramentum moris non erat.

XI. Nec ad ægros etiam in mortis articulo deferebatur.

XII. Confirmationem Episcopi omittabant.

XIII. Quarta vota, in omnibus,

RELIGIONVM. 123

bus, ut illegitima, damnabant.

XIV. Coniugium non esse cælibatu inferius, affirmabant.

XV. Divortium in causa adulterii suetū iisdē erat: aliò ducebatur.

XVI. Pater, filii aut filiæ coniugium, si displiceret, dissolvebat.

XVII. Soli uxorati ordinabantur, sed secundas nuptias contrahere non licebat.

XVIII. Ad subdiaconatū, pueri quinque vel sex annorum promovebantur.

XIX. Neminem regnum cœlorum ante extremum diem ingredi, credebant.

XX. Nec die Sabbathi, nec die Dominico jejunabant.

XXI. Diebus jejuniorum circavesperam demum Missam celebrabant.

XXII. Nec suffocato, nec sanguine vescebantur.

F 2

XXIII.

Vitriac. Hi- XXIII. Mulieres tempore mē-
stor. Orient. struorum ab ingressu templi, & u-
c.78. *su Eucharistia prohibebantur.*

Tyrius de XXIV. Primarius ipsorum er-
bello sacrol. *ror, hæresis Monothelitarum, de*
22.c.8. *Salign. Iti- luna in Christo voluntate & actio-*
ner. Tom. 8. *ne erat. Miserant quidem ei ante*
c.2.1

cccc. & quod excurrit annos, re-
puarium, cum Palæstina & Syria à
Christianis possideretur, ut Iaco-
bus de Vitriaco Episcopus Aco-
nensis, & Guilelmus Tyrius pro-
didere: relapsos tamen, victis à Sa-
ladino Ægypti & Syriæ Rege
Christianis, eundemque errorem
ad Clementis VIII. & Gregorii
XIII. tempora, quibus ad Eccle-
siam Romanam accessere, retinu-
isse scimus. Et hæc ultima erat o-
mnia illarum hæresium, quæ ex
amarissima Iacobitarum radice,
per contemptum Concilii Chal-
cedonensis, exortæ, Ecclesiæ O-

rienta-

rientales pessum dedere. Eutyches
nempe, Constantinopolitanus, &
Dioscorus Alexandrinus Patriar-
chæ, dum Nestorii de duabus in
Christo personis dogma detestan-
tur & fugiunt, in contrarium de u-
nitate naturæ incidere. Divinam
& humanam in Christo confusas &
permixtas postquam unitæ fui-
sent; humanam nobis consubstan-
tialem non esse, docuere. Hinc
hæresium Catena exorta est. Pri-
mò, Deitatem fuisse passam, quod
divina in humanam transivisset,
multi somniabant. Post, absurditi-
tate hac, detecta, humanitatem
pati non potuisse, quod in divini-
tatem transiisset, quidam nuga-
bantur. Dein, cum utraque ho-
rum opinionum absurdissima vi-
deretur, divinam & humanam na-
turam in Christo, unam quidem
esse, sed non per confusionem

F 3 sub-

126 SCRVTINIVM

substantiarum, ut Eutyches docēbat, sed per coalitionem, ut homo ex anima & corpore coalitus, unus est, opinabantur. Deventum tandem ad Monothelitarum errorem, qui, duas quidem naturas in una Christi persona concedebant, sed unam duntaxat voluntatem, & unam actionem utrique adscribant. Nec hic humanum ingenium stetisset, nisi Deus, eo quo maximè Ecclesia cum Monothelitarum errore in Oriente conflictabatur tempore, iusto suo iudicio, per Saracenorum inundationem, cursum conceptuum in opprobrium Christi tendentium stetisset; eosque, apud quos iste hæreses natu & educta sunt, quaque illi quasi in sinu aluere, primos, per hanc Muhammadanorum irruptionem, oppressisset. Verum, ut intemperies corporis humani per contraria curātur;

tur; sic in ista religionū intemperie
accidit, tot felicitas temporalis, &
ingeniorum petulantia, hæresium
causa fuere: sic, postquam illa iugo
Muhamedano suppressā est, ita
quoque evanescere didicit. Respe-
xit itaque Deus afflitos, eosdem-
que adveram Christi cognitionem
reduxit. Reiecisse eos hæreticas
de Christo opiniones, tum ex Ia-
cobitarum, Nestorianorum, & Ar-
meniorum Confessionibus, quarū
illas ex Syriaco ex Masio verfas, in
Bibliotheca Patrum habemus, has
Prætorius træstulit: tum ex Coph-
tarum & Abyssinorum, quarum il-
lam Baronius prodidit, hanc à Za-
ga Zabo Episcopo Æthiopico ha-
bemus; tum denique ex Indorum
S. Thomæ, & Maronitarum ad
Ecclesiam Romanam con-
versione, appa-
ret.

Biblioth. Ve-
ter. patrum

T. 4. p.
1049-

Confessio

Armeniorum

de Trinitate

Art. 26. Ep. 5.

Baron. T. 6.

Annal. in

fine.

Damianus

à Gœs de

morib. Æ-

thiop.

Posevin. 1723

Apparatus

Crusius

Turcogest.

7. p. 4. f. 72.

F 4

CAP.

*De diversis linguis, quarum in
diversis orbis partibus in
Liturgia usus.*

ET sic de diversis Christianorum in orbe se^ctis, earum habitationibus, & characteribus, aetum est. Nunc id, quod studio propter materiae amplitudinem huc distulimus, linguas nempe diversas, in quibus liturgia in diversis orbis partibus celebratur, attingemus. Ut vero tria verba de Iudeis & Muhamedanis, de quorum religione superius egimus, praemittamus; sciendum est, Iudeos in suis Synagogis, sacra veteri Ebreâ linguâ celebrare, quod & Miechovius prodit, & preces eorum Venetiis & in Polonia editæ testan-

Miechow.

l.2.

Sarmat. c. i.

testantur. Muhamedanis, Arabica *Crus. Tur-*
 lingua, Pseudoprophetæ ipsorum *cogr. l. 7.*
 materna, tradentibus ita George *p. 87.*
 viczio, Richerio, & aliis in usu est: Georgev. de
 adeò, ut non tantum in Arabia, *Ritib. Tur-*
Ægypto, Barbaria, Palæstina, Sy- *car. l. 2. c. I.*
ria & Mesopotamia, quibus Ara- *Richer. l.*
bica in usu; sed & in Græcia, Na- *z. de Tur-*
tolia, & alijs Turcæ dominiis, in *car. morib.*
quibus Turcica, Græca, Sclavoni-
calinguæ in usu sunt; sed & in Per-
sia, Tartaria, India, ubi propriæ
linguæ habentur, Alcoranus; quæ Georgev.
prophanatum iri credunt, si in a- *de Ritib.*
llias linguas verteretur, credunt; *Turcar. l. 2.*
Arabicè legatur, & sacra celebren- *c. de Sacerd.*
tur. At inter Christianos magna
est in celebrandis liturgiis ratione
linguarum differentia. Durandus Durand.
opinatur ad Adriani Imperatoris Ration. di-
tempora, seu per centum & virgin *vin. l. 6. c. i.*
ti à Christo nato annos, celebra-
tas in Ebræa lingua liturgias: Ori-

F s enta-

entales Ecclesiæ post ea tempora, Græca usas fuisse. Evidem
ignoro cuius id authoritate dicat:
Baron. To- facile tamen fieri potuit; cum fe-
mo i. Annal. rē nullum sit dubium, Apostolos,
ad A.C. 44. ante quam Syriam relinquerent, &
f. 14. ab invicem, Evangelium genti-
bus annunciaturi separarentur,
quod circa decimum post CHRI-
STI ascensionem annum factum
videtur, liturgias lingua Iudaica
in illorum gratiam qui ex Iudaïsmo ad Christianismum transive-
runt, ordinasse; easdemque Iu-
dæorum Christianorum opera,
cum Christianismo delatas; facile,
inquam fieri potuit, retentas in
honorem Apostolorum, à genti-
libus qui Christianismum rece-
perant, liturgias, ea lingua, qua
ab Apostolis formatæ erant. Ne-
scio tamen an hoc tam verè fa-
ctum sit, quam certò observavi,
nihil

RELIGIONVM. 737

nihil in antiquitate reperiri, quod
huic veritati derogare possit. Nec
dubito, quod Durandus de litur-
giis Ebraica lingua cōceptis pro-
dit, de Ebræa vulgari, & quæ tum
in usu, intelligendum esse. Certè,
ea lingua illis temporibus in Ori-
ente celebrabantur: nec potest ra-
tio assignari, cur, si liturgiæ in-
gratiam Iudæorum confectæ sunt,
illa sint confectæ lingua, quam i-
psi Iudæi non intelligebant: aut
eum gentiles eas ex Ebraico in Sy-
riacum transferre voluissent, aut
iam translati uti; cum se ad u-
tramque, vulgariter nempe no-
tam, & non intellectam, perinde
haberent. Verum utcunque se
res in primitiva Ecclesia, statim
post Apostolos habuerit; inter
præsentis tamen temporis Chri-
stianos, quantum ad hoc, magna
est differentia; aliis liturgiam im-

propria & vulgari lingua celebrantibus: aliis in erudita & peregrina. Christiani qui vulgari lingua sacra celebrant, sunt Armenii, Abyssini, Moscovitæ, Russi, Slavones & Protestantes. De Armeniis, qui alias in ceremoniis sacri

*Bellon. Ob-
serv. l. 3. c.*

12.

*Vitriac. H.
Or. c. 79.
Brocard. de-
script. terra
sancta.*

*Miechov.
Sarmat. l.
2. c. 1.*

*Breitenb. in
Senensi, qui ex vita Chrysostomi,*

*peregr.
Sixt. Senens.
l. 4. Biblio-
theca.*

*Sozomen.
Hist. l. 8.
c. 22. a.*

cultus, proprius ad Ecclesiam Latinam, referente Bellonio accen-

dunt, id expresse testantur, Iaco-

bus à Vitriaco, Brocardus, Mie- chovius, Breitenbachius, & alii, partim propriæ experientiæ, par-

tim relationibus aliorum innixi.

Et versionem quidem Bibliorum,

quæ adhuc in solemini inter ipsos

usu est, Chrysostomo, teste Sixto

à Georgio Patriarcha Alexandri-

no scripta, id profert, adscribunt:

quam tum adornavit, cum Con-

stantinopoli electus, in eas Arme-

nia partes, prodente Sozomeno,

in ex-

in exilium ab Imperatore missus
esset, ibique moreretur. Sed & *Theodor. de*
Theodoreetus, qui statim post *curand. af-*
Chrysostomum, circa annum nē-*fect. l.s.*
pe 440. floruit, ante sua tempora *Rocchap.*
illam adornatam fuisse fatetur. ^{157.}

Angelus Roccha in sua Biblioteca Vaticana, authorem Chrysostomum agnoscit, eundemque Armeniorum characterum qui nunc in usu authorem haberi, scribit. Abyssinos lingua Tigiana, quæ dialectus Abyssinæ, (Tigia est pars Abyssinæ qua prima Christianismum recepit) Biblia legere, apud Alvarezium, qui aliquot annos inter eos vixit, habemus: in eamque linguam ex Chaldaea, Veteris & Novi Testamenti scripturas translatas, apud Sabellicum legitur. *Sabell. Sup-*
Idem is ipse de liturgia prodit, *plem. Hist.*
Chaldaeam linguam duntaxat æ-^{l.s.}
stimari. Ex ipsa quoque liturgia;

F 7 quæ

Alvar. Hist.
Æthiop.

c. 159.

quæ in nova editione Bibliothecæ
Veterum patrum habetur, longis-

Guagv. Mo- que populi responsionibus colligi-
sco v. c. 2. potest. Nec minus id de Moscovi-

Miechov. tis certum, etsi, Hymnos Græcos
l.c.

Possevin. de intermiscere Guaginus observa-
neb. **Moscov.** rit, ex Miechovio, Sigismundo

Herberſt. de Herbersteinio, Possevino, Theve-
Rep. **Moscov.** to, & aliis patet. Idem & de Illyriis,
vit.

Thevet. quos communiter Sclavones vo-

Cosmogr. l. eamus, evidens: idque ipfis à Pa-

19. c. 12. pa, ad intercessionem seu Cyrilli
Episcopi seu Methodii, (uterque

éodem tempore vixit) permisum,
Æneas Sylvius & alii prodidere.

De Liburnis, occidentalí Sclavo-

Avent. An- niæ parte, id apertè affirmat Al-

anal. l. 4. ventinus: de Dalmatis autem, O-

rientali parte, Angelus Roccha,

qui, Dalmatis persuasum esse, id à

Divo Hieronymo profectum, ad-

dit. Verùm vehementer idem Roc-

cha fallitur, dum consuetudinis

huius

huius originem ad Paulum II. re-
fert. Reperimus enim à Iohanne <sup>Epistol. 247.
Ioan. 8. T. 3.</sup>
VIII. Sclavonibus concessum , ut <sup>Conc. parts
& scripturas lingua vulgari lege-
secunda.</sup>
rent ; & Misla eadem celebra. <sup>Aventin.
l.c.</sup>
rent , ut in istius Pontificis ad <sup>Æneas Syl.
Suentopulchrum epistola, videre
vius His.
Bohem. c. 13.</sup>
est.

Imò Roccha ipse ; sui oblitus,
Cyrillum, qui sexcentis annis Pau-
lo II. erat antiquior , à Papa id ob-
tinuisse, alio in loco fatetur. Nec <sup>Roccha l.c.
p. 168.</sup>
diversæ certè sententiæ , quantum <sup>Cancil. La-
ter. c. 9. &
Decr. l. 1. tit.</sup>
ad Liturgiarum in vulgari lingua ^{31. c. 14.}
celebrationem , fuit Innocentius
III. & fortè ita ferebat decretum
Concilii Lateranensis. Nam & is
instituit, ut in emporiis, in quibus
diversarum nationum , linguis &
ceremoniis differentium concur-
sus esset, sacra quoq; diversis linguis
celebrarentur. Sed ut aliquid in
particulari de vulgata Biblorum

ver-

Postell. de versione Dalmatis usitata dica-
lingua Illy- mus, non tantum multi scriptores
rica. Sixtus affirmant, laborem eum Hierony-
Senens. l. 4. nymi esse ; sed & ipse Hierony-
Biblioth. mus, in Epistola ad Sophronium,
idinnuere videtur. Verum est alia

Scalig. Dia- scripturarum in Sclavonicam nem-
trib. de lin- pe linguam translatio , Hierony-
guis Euro- mi versione , ut Scaliger observa-
pais.

Versio Sclavon. posterior.

Sixt. Senens. triarchæ subsunt, usus est : cuius
l. c. Hieron. Methodius Cyrilli in prædicando.
Epist. ad inter gentiles Evangelio socius,
Sophron. author esse statuitur. Cyrillus.
Tom. 3. verò iste, nec erat Alexandrinus,
Pansa de nec Hierosolymitanus, ut Mutius.
Bibl. Vet. Pansa sibi imaginatur ; sed utro-
p. 4. Discor. que longè posterior, Sclayonibus;
230. Chiu-

Chiurill dictus , qui circa annum 860. vixit , & tempore Michaelis III. Imperatoris, & Nicolai I. Pon-
Martyrol.
Rom. Mar-
 tificis, cum Methodio , Mengreli-
 os, Circassios, Gazaranos, & post-
 èa ex Sclavonibus plurimos , ad fi-
 dem Christianam , prodente Mie-
 chovio, convertit. Et cum Pansa
 Cyrillum illum suum diversorum
 ab Hieronymianis , quorum in
 Dalmatia, Liburnia, Istria, Mora-
 via, Silesia, Polonia, Bohemia, &c.
 usus, Illyricorum characterum in-
 ventorem faciat , & verò Cyrillus
 Hierosolymitanus , Hieronymo
 longè sit antiquior, & ideo in Ca-
 talogo scriptorum ab eodem re-
 ponatur; nec ulla causa dari possit,
 cur Cyrillus Hierosolymitanus
 Characteres Illyrii invenire de-
 buerit; testimonium Pansam con-
 tra se ferre dicendum est. Præ-
 ter has Chrysostomi in Armeniam,

&c.

Versio Armen.

*Socrat. H.**E.l.4.c.27.**Niceph. H.**E.l.11.c.44.**Tripart.**Hist. l.8.**6.13.**Versio Gotica.**Vulcan. in**prefat. de**litter. & lin-**guia Gotar.**Gruter. In-**scrip. p.146.**Hieron. in**pref. in qua-**tuor Euang.*

& Hieronymi in Dalmaticam ver-
siones, meminere quoque Socra-
tes, Nicephorus, & alii, versionis
Gothicæ, cuius Vulphilas, Episcopus Gothorum, Constanti Imperatoris coetaneus, & Theophili, cuius subscriptionem in prima Nicæna synodo habemus, successor, cui inventio Gothicorū characterum attribuitur. Huius translationis exemplar in quadam Germaniæ Bibliotheca haberi, testatur Bonaventura Vulcanius: & fortemè Gothicæ quatuor Evangelista-
rum translatio, cui Gruterus in inscriptionibus suis mille annorū antiquitatem adscribit, & in Abba-
ria Verdensi asservari addit, portio eius est. Dantur præter hanc ad-
huc & aliæ. In multis variarum na-
tionum linguis, versas esse scriptu-
ras, testatur Hieronymus; in primis in Aegyptiam, Indicam, Persicam,
Scythi-

RELIGIONVM. 139

Scythicam, & Sarmaticam, Theodoreus verò, qui circa Concilii Ephesini & Chalcedonensis tempora floruit, in omnium altarum nationum linguas esse traductas scripturas prodit. Iohannes quoque Episcopus Hispalensis easdem in Arabicam, circa annum 717. transstulit: Beda partem in Saxoniam aut Anglicam: Methodius in Sclavonicam; circa annum 860. Iacobus de Voragine, circa annum 1290: in Italicam, &c. Ceterum ut iam & de illis sectis agamus, quæ Liturgias in ignota & erudita lingua celebrant, tres linguas in usu esse inventio. Latinae nempe Græcā, Chaldaīam seu Syriacam. Chaldaea seu Syriaca utuntur.

I. Nestoriani, Vitriaco, Barbo-
sa, Villamontio, & Botero testibus. Quod autem Genebrardus dicit, omnes Orientales lingua Ebræa in sa-

Vasco Chro-
Hispano.
Arabica versio.
Anglica.
Treviſ l. 5. Ital.
Aventin. l.
4. Annal.
Vitriac.
Hist. Or.
Barbosa T.
I. Ramus p.
313.
Villamontz.
Boter. Relat.
p. 3. l. 2.
Genebr.
Chronol. l. 3.
ad A. C. 313.

in sacris uti ; prodit hac in parte suam & audaciam & ignorantiam, nec vel unico authore id confirmare poterit. Notandum tamen, per linguam istam Chaldæam, non debere intelligi puram illam & antiquam, sed Iudaicam Chaldæam,

Syriaca lingua.

Chald. Babyl. quæ ex Ebræa & Chaldaica primariò mixta, multa quoque de Græca & Arabica admittit. Qualis erat Iudaica post Christi & Apostolorum tempora; verbo, Syriaca. Iudaica Chaldæa enim , ut paucis hoc punctum explicemus, duorum est generum. Una illorum qui à captivitate Babylonica Hierosolymam non redierunt, sed circa Babylonem mansere , quorum lingua , et si ab Chaldæa paulò degeneraverit, Babylonica dicitur. Cuius generis Iudæorum Neardensium, in Mæsopotamia, qui Thalmud Babylonicum compilavere,

diale-

dialectus fuit. Altera ex captivitate reducum, quorum lingua, Syria-
ca seu Hierosolymitana Chaldæa dicta, propter vocabulorum Latinorum, Græcorum, Arabicorum, &c. mixturam, longius quam prior à Chaldæa recedit. Hac diale^cto Thargum & Thalmud Hierosolymitana, & posteriorum Rabbinorum libri scripti extant: hac & Nestoriani utuntur.

Chald. Hierosol.

II. Indi, quod Osorius, Posse-
vinus, & Linschotanus produnt, Emmanuel.
& Liturgia in veterum Patrum Bi-
bliotheaca extans, quia ex Syriaco
translata est confirmat.

III. Iacobitæ qui in Mesopota-
mia, Babylonia, Palæstina, Syria Hist. Orient.
& Cypro, sub hoc nomine veni-
unt: & de quibus Vitriacus olim Bibliothe.
scripsit, ignota Laicis, in sacris Vet. Patr. in
lingua uti. Syriacam N. T. versio- audario T.
nem habere, N. T. à Mose Marde-
ne in

ne in Europam , ut excuderetur,
quò melius per Ecclesias dispergi
posset, testatur. In sacris eandem

^{† Widman-} adhiberi, alibi † legimus. Imò
^{stad. in pra-} sunt quidam in ea opinione , Li-
^{fat. Testam.} turgiam , quæ Anaphora Basiliæ,
Syriaci. vulgò dicitur , quæque à Masio ex
Syriaco translata, in veterum Pa-

trum Bibliotheca reperitur, Iaco-
bitarum esse. Linguam quæ iam

nonnisi clero & doctioribus nota
est, vulgò, tum cum illa primò or-
dinaretur, ignotam non fuisse, ex
longis illis responsionibus, quas

Arias id Ad-
monit. præ-
fix. Bibl. Re-
giis de ver-
sione Syriac.
Postell. in l.
Chaldaica. populus sacerdoti, in orationibus
reponebat, colligere licet. De Ve-
teri Testamento, quod Syriacalin-
gua habere Arias & Postellus te-
stes sunt, hoc observavit Arias Mō-
tanus, non ex Ebraico, sed ex Græ-
co ab Origine emendato, transla-
tum esse.

IV. Cophti seu Christiani Æ-
gypti,

gypti. Testatur id Liturgia Severi Patriarchæ Alexandrini , inter i-^{p.3.l.3.}
pos usitata, quam nobis ex Syria-
ca Latinam dedit Guido Fabritius.
Evangelium primò Chaldaicè
legunt, mox Arabicè, Arabicae-
nim lingua est in Aegypto vul-
garis.

V. Maronitæ , quibus etiam
vulgaris lingua Arabicæ est. Te-
stes huius sunt præter Possevinū, ^{Possev.in}
qui Liturgias illas Petri Iacobi & ^{Appar.sacred} Chaldaicas.
Sexti esse scribit, Postellus, & Vil-
lamontius. ^{Postell. de l.} ^{Villamont.}
^{l.2.c.24.}

VI. Denique miseri illi, insulæ
Socotoræ (insula est, extra sinum
Arabicum, longitudine sexaginta
milliarium Anglicorum, latitudi-
ne viginti septem ut Barros com-
putat) Christiani. Dubitatur qui-
dem Iacobitæ ne sint an Nestoria-
ni: illud Barros affirmat, & vide-
tur vicinitas cum Abyssinis com-
proba-

Anan. Fa.
bric. del
monde tr.
3.p. 292.

Boter. Re-
lat. p. 3 l. 3.

Ierem. Re-
pons. I. ad
German. c.
13.

probare: istud Ananias, quod non
circumcidantur, & Patriarchæ
Mosalensi, qui Nestorianus, sub-
sist: in eo tamen utriusque conve-
nit, quod nempe sacra, lingua
Chaldæa celebrent. Quod verò
Boterus dicit Ebraica celebrare,
non de pura & antiqua, sed corru-
pta, id est, Syriaca, intelligendum
est. Ut quod quidam dicunt, Ori-
entales & Australes Christianos,
lingua Chaldæa in sacris uti; non
de Babylonica, sed Iudaica & cor-
rupta Chaldæa sumendum est.

In Græca lingua celebrant Li-
turgiam sequentes

I. Ipsi Græci, nimirū qui Græ-
ca lingua utuntur, & inhabitant
Græciam, magnam partem Nato-
liæ, Macedoniam, Thraciam, in-
sulas Ægæi maris, & alias quæ
Græcia obiacent. Vérum lingua
illa non est vulgaris, sed antiqua
&

& pura Græca , quam plebs non intelligit. Utuntur festis diebus Liturgia Basili, aliis , Chrysostomi, ut Ieremias Patriarcha Constantinopolitan⁹ author est. Quātum verò ad scripturas utuntur LXX. Interpretum versione, illā in primis , quam Lucianus emenda-^{Hieron.in prafat. ad l.} vit. Saltem tempore Hieronymi Paralipom. ita fuit, nec observo mutatum es- se. Hic scribit, editionem LXX. in- terpretū à Luciano correctam, in- ter Constantinopolim & Antio- chiam, in usu fuisse: ut ab origine emendatam, inter Antiochiam & Ægyptum ; in Ægypto Hesichii. Ut ut verò se ista habcant, non ha- bere Græcos scripturas in vulga- ^{† Theodór.} rem linguam versas, ^{Zygomala.} certum est.

II. Syri , qui ad differentiam Iacobitarum Syriam incolentium, Melchitæ vocantur, & cum Græ- eis, in religione, cæremoniis, & sa- ^{Crus. l. 7.} ^{Turcogr. p. 431.} Haytho de- ^{cro. Tars. c. 143.}

G

146 SCRVTINIVM

Vitriac.
Hist. Or.
c.75.
Breidenb.
in peregr.
de Syrianis.
Gesner.in.
Mithrid.
Postell.de
12. ling.
Roccha de.
Dial.in.
Georg.
Vitriac.
Hist. Or.
c.80.
Intireano
della vita
de Zychi.
L.I.C.I.

Bellon. Ob-
seru.l.i.c.
33-

crorum ordine conveniunt. Sic ab Haythone , Vitriaco , Breitenbachio , & aliis proditum .

III. Georgiani , quorum lingua ex Tartarica & Armena temperata est , ut Gesnerus , Postellus , & Roccha observarunt . Utī Græca lingua in Liturgiis , præter jam citatos , Iacobus à Vitriaco testis est .

IV. Circassi , quorum sacerdotes non intelligunt quid legant , propter summam ignorantiam , ut Intireano , qui inter eos vixit , testatur .

V. Tandem lingua Græcae celebrant Liturgias , omnia Græcae religionis Monasteria , per Africam & Asiam diversa , ut ea , quæ sunt in monte Sinai , Petrae & El-

Alexandriæ , Damasci , & in aliis locis , prout à Bellonio observatum est .

De

RELIGIONVM. 147

De illis Nationibus, qui lingua
Latina in sacris utuntur, hæc pau-
cula dixisse sufficiat, Omnes quæ
Romanam Ecclesiam sequuntur,
in America & Africa, in Europa,
exceptis Sclavonibus, in Asia, ex-
ceptis Maronitis & Christianis S.
Thomæ, eandem ordinarie adhi-
bere. Et tantum de Religio-
nibus sufficiat.

F I N I S.

G 2 INDEX



RETRICIONUM
INDEX
CAPITVM

Huius Scrutinij.

- I. De partibus Orbis , quas Christiani incolunt 3
- II. De partibus Orbis , quas Idololatæ possident 18
- III. De partibus Orbis , quas Muhamedani possident 25
- IV. De Iudaïs per Orbem dispersis 34
- V. De quantitate & proportione partium terræ , in quibus modò dictæ Religiones

INDEX.

ligiones vigent	58
VI. De secta Græcorum	63
VII. De Syris, seu Melchitis	69
VIII. De Georgianis, Circassiis, & Mengrelis	73
IX. De Mescovitis & Russis	
	75
X. De Nestorianis	79
XI. De Christianis Indis	85
XII. De Iacobitis	91
XIII. De Coptitis.	97
XIV. De Abyssinis.	105
XV. De Armeniis.	113
XVI. De Maronitis.	119
XVII. De diversis Linguis, qua- rum in diversis Orbis partibus in Liturgia usus.	128

F I N I S.

A.

B.

Baptisung fidei signu⁹. p. 25.

C

Confessio baptizandi Aplica p. 7.

Contrar. de Symb. sensu fol. 132-137. II. 35.36.
Contrar. de Euch. quodam comp. 181.

D.

Deg er Chig ejg credendg. Iren. l. 2. c. 45. p. 3. in ded. ex p. 2. in plg.

Hilav. 10. de Trin. p. 3. in deduc.

1. In ipso tract. p. 3. ex legg. p. 9. p. 15. 16. 19. 21. 25. 26. 27. 28.

29. sg. 62. 82. 85. 91. 173. 174. 11. 46. 47.

Hoc si semper doceatur, intellectus Spū s. ut Spū bei ex eg. csg. gaptg. faciliter
cstrat differentiatio et concordiam Cattol. ex Juddis, Malvonetani et
Gentili et quicquidem satisfiet.

E

F.

Tides Cattoliceissima exchanissima ex vidē Deg ex Ostg.
Cattolica exchaet. p. 125. 46. 163.

Facilitas Chr. relig. p. 158. 160.

Tides Symboli Cattol. p. 58. 65. 117.

Fidei Chr. artg unieg. p. 127.

G.

H.

Hieron. opin. CSEL. rejectit & in damnavit. 183.

I.

Jesum et Clm qd. optatqz p. 129. 130.

In his Aplica baptizandor' ex Iudicis Gentib. p. 7. 8.

Justificans dñna. p. 114.

L.

M.
Moderao in gentili erga different. C5v. p. 77.
Modao in C5v erga Garet. 167. 168.

N.

Nazarei 185.

O.

P.

Pauca credita è sal. necessaria. q̄t clara & certa p. 55. sg.
120. 122. 149. 154. 181. II. 47.

Pertinacia 175.

Peccatoris 176.

Pietatis defensio peccati zelo amaro excoffus. II. 43.

L.

L.

S

Sacerdoties. 175.

Sapientia omnium toler. nih. antiqui vulgo nimis placetibz. II. 43.

Script. clavē ginet necess. ad sal.
II. 34. 34.

T.

Tsemifig modatg p. 77.

Toleria 137. 164.

V

X

Z

I.

Regia Simplicitatis Apostolica Majestas semp Auguste
 Christianissima Catholicissima Invictissima, sola
 debellandis erroribus ex viuis, restituenda pietati
 et unius Christianis tantu[m] dissidetibus
 pauca, sufficientia tamen, ad creditu[m], pluri[us] vero fastu ad
 salutem necessaria est sola Script. S. proponens.

Propria Recuerta Lettera Sol omni[b]us una.

Fidei. Symb.
 Iesu. Psalm. Oratio Inica.
 Cantic. Decalog. Rom. XII. XIII. I. Cor. XIII.

Hoc temp[us] ubiq[ue] erat orb[is] recepta usq[ue] ad huc extra
 eum sunt controversiam, ideoq[ue] sola si catholicis.
 Hic implu[m] est salutem creditu[m] q[ui]dam
 pauca & faciliter acr[er]it pauci & simplices credidit.

Urge.	Vng Reg.
divina.	Vng Dng.
necessaria.	Vng Sp.
Kudig. Botri.	Bapt. Catec.
Numm. cum in script.	Eustar.
	Chantas.

Toleria.	Vel u[er]a.
Sunana	Tunitas, Heru-
non necess.	nia, Dece-
caeg.	Sp[irit]us nos.
	Sacramen.
putum.	Satisf.
Folial	Mevitum.
	Sancti intellectu-
	cam script.
	Vel ne x[er]a. Is illa
	sophistica circa
	vel et q[ui] scrips.
	intellectu cum
	alio clamen. p[ro]p[ter]a

II.

Regia Simp[lic]itas Ap[osto]l[ic]a[m] m[aj]estas Edilitati
 Sapienti engendratae per accommodata, m[er]ita
 autem aliquantum ampliata ex illistrata
 magis q[ui]dassid. Cognit[us] ingenii aptata.

Hoc subiectu[m] semp[er] erat ad huc subiectu[m]
 cent varijs controversijs, rudent, caute ex nomine
 sunt abbreviata ex sensu antiquitatis primi
 ex nomine sicut ita ut p[ro]p[ter]a eruditis foliis
 de ijs modeste confitent, reminisc. alterum
 p[ro]p[ter]a damnare licet.

III.

Ad libellum, cui titul[us]. Regia Simp[lic]il. Ap[osto]l. m[aj]estas Civ. Sap. Cr.
 pie accurari, nunc a. aliquid. anci. ex illi. magis q[ui]dassid. Cognit[us] ingenio
 aptata, p[ro]p[ter]a autoriis ex factoriis scripti de Civ. Sap. Responsio,
 ut ad eor[um] mentem expedita decisio.

S a c
phur, quod est
Beatus itaque &
bet partem in Re
ma: in hos enim
non habet potest
Sacerdotes Dei &
gnabunt cum E

Dixit enim
Throno, ecce no
dixitque scribe,
vera sunt & fi
pter, dilecti, qui
etatis, studete ut
in culpati ab eo r
pace. Propter ha
re orandum nobis
habeat nos Deus
stra, & impleat
luntate rerum l
peribus fidei in
detur in nobis,



the scale towards document

Patch Reference Chart TE263 Serial No. _____
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____

